

anyle

C. 139

Lib. grammat. & antiquar,
in O. 2. 2.
N. 54.

II. 1. a 54.


to 2
EMMANVELIS
ALVARI,
E SOCIETATE
IESV, DE GRAMMATICA
Institutione

LIBER TERTIVS,

siue,

De syllabarum dimensione.

Scholijs auctoris prætermiſſis.



MONASTERII VVESTPHALIAE
Typis Lamberti Raſfeldij.
ANNO M. DC. XII.



DE GRAMMATI- CA INSTITVTIONE,

Liber III.

DE SYLLABARVM dimensione.



SYLLABAE fiunt vel ex vna
vel pluribus literis, vt: *l, e, runt*
Literę partim sunt vocales, par-
tim consonantes.

Vocales sunt sex, *a, e, i, o, u, y*.

Ex vocalibus fiunt sex diphthongi, *e, au, ei, en,
æ, yi*, vt, *Premium, aurum, hei, Europa, pœna,
Harpyia*.

In diphthongis A, O, Y, semper principes, *I,
& V*, semper subditæ: *E, & præit, & subit*.

Consonantes in Mutas & Semiuocales diui-
duntur.

Mutæ sunt octo, *b, c, d, g, k, p, q, t*.

Semiuocales itidem octo, *f, l, m, n, r, s, x, z*.

Ex quibus quatuor sunt liquidæ, *l, m, n, r*.

M, tamen & N, rarò liquefcunt, idq; in Græ-
cis tantum dictionibus, vt *Tecmessa, Cygnus*.

Duæ X, & Z, sunt duplices, hoc est, valent
duas cōsonantes, X, Cs, vel Gs, vt *Dux, Rex*. Ve-
teres Z, per duplex ss, reddebant, vt *Massa, pa-
trisso, pitisso*. *vinum le viter gustare*

F præposita liquidis, L, & R, vim habet
mutæ.

A 2

S, quam-

GRAMMAT. INSTIT.

libera, suura

S, quamvis immunis, ac sui iuris sit (neque enim inter liquidas aut duplices numeratur) interdum tamen liquefcit, vt suo loco dicemus.

H, fitne litera, an aspirationis nota, dubium, controuersumq; est.

I, inter duas vocales posita consonans est, atque duplex I, valet, *Maior, peior*: veteres I, geminabant, *Mayor, ayo, Maia*.

I, & V, cum vocalibus præponuntur, easq; comprimunt, fiunt consonantes, vt *Ianua, iecur, conijcio, iocus, iudex, Vates, velox, vita, vox, vultus*.

*quæ sunt una
si habuerit in ijs
vocalibus*

XII

Iota Græcorum, nunquam est consonans: quare in *Iason, iambus, iapsis, & cæteris*, quæ planè sunt Græca, prima vocalis est.

Iod apud Hebræos semper consonans est, cum vocalibus præponitur, vt *Iesus, Ioannes, Iacobus*: itaq; qui hæc atq; alia eiusdem generis nomina per I, consonantem efferunt, optimè quidem pronunciant, qui verò per vocalem, Græcos imitantur.

V, post Q, literam semper liquefcit, vt: *Quare, quero, quia, &c.* At post G, & S, modò liquefcit, vt: *Lingua, lægueo, anguis, extinguo, suadeo, suavis*. Modò integra est, suamq; vim retinet, vt: *Exiguus, suus*.

Literæ liquefcunt, cum vim roburq; vocalis, aut consonantis amittunt.

STL

LIBER III.

SYLLABAE PARTIM BREVES,
partim longæ, partim communes.

Syllabæ, quas temporibus metimur, aut sunt breues, aut longæ, aut cõmunes. Tempus est spatium interuallumque, quo syllaba pronuntiatur; Syllaba breuis ex vno tempore atque spatio cõstat, vt *at, Sed*. Longa, ex duobus, vt *Ab, En*.

Communis est, quæ in versu tum breuis, tum longa esse potest, quales sunt priores in *Atlas, Cyclops*: mediæ in *Tenebra, Latebra, Pharetra*.

Nulla vocalis apud Latinos perpetuò breuis, aut longæ est. Apud **G**recos epsilon & omicron, quæ e, & o, breue valent, perpetuò sunt breues, vt *Origenes, Timotheus, Herodotus, Macedones*.

¶ Eta, & omega, quæ e & o longum valent, semper sunt longæ, vt *Erëmus, Idolum*.

PRÆCEPTA VNIVERSA
de syllabarum breuitate ac longitudine.

PRIMUM DE VOCALI ANTE
Vocalem.

Vocalis ante vocalem in Latinis dictionibus breuis est: *Puer, Fuit, ruit*.

Virgil. Disce puer virtutem ex me, verumq; laborem. *Æn. 12.*

Idem, Lucus in vrbe fuit media latissimus vmbra. *Æn. 1.*

A 3

Idem,

GRAMMAT. INSTIT.

Idē, Vrbs antiqua ruit multos dominata per annos.

EXCEPTIO I.

FIo, I, habet lōgum, nisi sequatur R, vt *Fiebam, Fiam.*

Satyr. 2. Iuuenalis, Fient ista palam, cupient & in acta referri.
Sin R, sequatur breue est, vt Fierem, fieri, cō-
fieri.

Æn. 4. Virg — Nunc qua ratione quod instat.
Confieri possit, paucis aduertē, docebo.

EXCEPTIO II.

Interrogandi ac dandi casus quintæ declinationis E, ante I, producunt, vt *Diei, speciei, Præter Rei, spei, fidei.*

EXCEPTIO III.

Genitiuus in Ius, habet I, longum in soluta oratione, in carmine tum breue, tum longum, vt *Vnius, illius.* Præter *Alterius*, quod vbique I, habet breue: Alius verò longum. *Virgilius.*

Æn. 1. Epist. 1. Vnius ob noxam, & furias Aiæcis Oileæ. Horatius,
Nullius addictus iurare in verba magistri.

EXCEPTIO IV.

Ohe priorem habet communem.
Martialis, Ohe iam satis est, ohe libelle.
Cai, Pompei, Vultei, & si qui sunt similes
vocandi casus, penultimam habent longam.

Lib. 4. Martialis, Quod peto da Cai, non peto consilium.
De Pont. 4. Ouid. Accipe Pompeij deductum carmen ab illo,
Debitor est vita qui tibi, Sexte, sue.

AP.

LIBER III.

APPENDIX I.

AER, chorea, platea, Chytorea, elegia, Darius, & alia huius generis, quæ vocalem ante vocalem longam habent, Græca sunt.

Ouidius, Terra feras cepit, volucres agitabilis aër.

Meta. I.

Idem, Sape sub hac Dryades festas duxere choreas.

Ibid. 8.

Virg. Parce metu Cytherea, manent immota tuorum

Æn. I.

Fata tibi,

Chorea, platea, interdum à poetis corripuntur.

Virgil. Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt.

Lib. 6.

Horat. Puræ sunt plateæ, nihil ut meditantibus obstet.

Nonnunquam soluta diphthongo, æ in e longum mutatur, ut Cytheræ, Cytheræia, Elegæa, Elegeræa.

Ouid. Exigit iudicij memorem Cytheræia pœnam.

Meta. 4.

Idem, Flebilis indignos elegeræa solue capillos.

Eleg. 3.

APPENDIX II.

IDæa, Andréas, sophia, philosophia, symphonia, etymologia, orthographia, & alia quàm plurima vocalem ante vocalem corripunt, licet eadem nomina, acuta penultima multi viri docti more Græcorum pronuntient.

Horat. ut Graias inter mensas symphonia discors.

PRAECEPTUM II. De

Diphthongis.

Diphthongus longa est tam in Græcis, quam in Latinis dictionibus, ut:

A 4

Aeneas,

GRAMMAT. INSTIT.

Æn. I.
Eclog. I.
Æn. I.

Æneas. Melibœus, præmium, laus.

Virg. Miratur molem Æneas magalia quondam.

Idem, O Melibœe, Deus nobis hæc otia fecit. Idem.

En Priamus: sunt hic etiam sua præmia laudi.

EXCEPTIO.

PRæpositio Præ, composita, cum vocalem præcedit, brevis est, vt: *Præuro, præustus.*

Æn. 7.

Virg. Stipitibus daris agitur, sudibusve præustis.

PRAECEPTVM III. De
Positione,

VOcalis ante duas consonantes, vel vnâ duplicem eiusdem dictionis longa est

Positione, vt *Terra, Araxes, Gaza, maiora, Troia.*

Æn. 3.
Lib. I.

Virg. Terra procul vastis colitur Mauortia campis.

Æn. I.

Lucan. Sub iuga iam Seres, iam barbarus isset Araxes.

Eclog. 4.

Virg. Arma virum, tabulaeque Troiae gaza per undas.

Æn. 2.

Idem, Sicelides Musa paulò maiora canamus.

Idem, Hostis habet muros: ruit alto à culmine Troia.

APPENDIX I.

SI altera consonans fuerit in fine præcedentis dictionis, altera in principio sequentis, vocalis nihilominus longa erit, vt: *At pius: A,* longum est, Positione duarum consonantium *t, & p,* quamuis sint in diuersis dictionibus.

Æn. I.

Virg. At pius Æneas per noctem plurima voluens.

APPENDIX II.

SI vtraque consonans, aut duplex fuerit in principio sequentis dictionis, ferè nihil præcedentem vocalem breuem iuuabit.

Ouid.

LIBER III.

Ouid. — *sedebat. In folio Phœbus claris lucente sma.* Met. 2.
ragdis. Virg. Phœbe graues Troia semper miserate la- Æn. 6.
bores. Idem, iam medio apparet fluctu nemorosa Za- Æn. 3.
cynthos. Lucan, Tales fama canit, tumidum super æ- Lib. 2.
quora Xerxem construxisse vias.

Lucente, Phœbe, nemorosa, æquora, vltimas habent breues, licet duæ consonantes, aut vna duplex sit in principio sequentium dictionum.

EXCEPTIO I. DE LI- quescentibus.

VOcalis breuis ante mutam & liquidam eiusdem dictionis, in carmine cõmunis est, at in soluta oratione perpetuò corripitur, vt *Volucris, Cyclops.*

Ouid. Et primò similis volucris, mox vera volucris. Meta. 13.
Virg. Ignariq; via cyclosum allabimur oris. Æn. 1.
Idem. — Vastosq; abrupe Cyclosum Prospicio. Ibidem.

APPENDIX I.

VOcalis ante F, & liquidas, frequentissimè corripitur, vt *Reflecto, refluo, reslagito, refringo, refrano.*

Virg. Nec prius amissam respexi, animumq; reflexi. Æn. 2.
Ouid. Inq; caput crescit, longosq; reflectitur vngues. Meta. 5.
Idem, illa refrenat aquas, obliquaq; flumina sistit. In Epist.
Horat. — postquam discordia tetra Belli ferratos Ser. 3.
postes, portasq; refregit. Sat. 4.

Interdum etiam producitur, vt: *Refloreo, apud Silium:*

A S Cel-

GRAMMAT. INSTIT.

Lib. 13. *Celsus ceu prima reslorescente iuuenta ibat Consul
ouans.*

APPENDIX II.

A Bluo, obruo, subleuo, adnitor, &c. ex
ijsdem præpositionibus composita nū-
quam primam corripunt: necesse est enim vt
muta & liquida ad sequentem vocalem spe-
ctent, vt *Tenebra, latebra, funebris, lugubris.* In
Abluo, & cæteris, muta ad præcedentem vo-
calem pertinet.

APPENDIX III.

M, & N, rarò liquefcunt idq; in Græcis di-
ctionibus duntaxat, vt *Tecmessa, Cygnus, Thera-
pna, Ichneumon.*

Lib. 8. *Silius, Ecce inter primos Therapnao à sanguine Clausi*
Lib. 7. *Mart. delectat. Marium si perniciosus Ichneumon.*

EXCEPTIO II.

I, inter duas vocales in cõpositis Bijugus,
Quadrijugus, simplex consonans est, non du-
plex: quare meritò præcedens vocalis corri-
pitur.

Æn. 10. Inter ea bijugis infert se Lucagus albis. Idem
Georg. 3. Centum quadrijugos agitato ad flumina currus.

PRAECEPTVM IV. DE PRAE-
teritis dissyllabis.

Praeterita dissyllaba habent priorem lon-
gam, vt *Vidi, Veni.*

Æn. 2. Quos vbi confertos audere in praelia vidi.
Ibidem. Venit summa dies, & ineluctabile tempus Dardania.

EX-

LIBER III.

EXCEPTIO.

STo, do, scindo, fero, rapiunt bibo, findo
priors.

Martial. Dixit, & ardentes avido bibit ore favillas. Lib. 1.

Lucan. Aut scidit, & medias fecit sibi littora terras. Lib. 3.

Virgilius, — Liquefacto tempora plumbo Lib. 9.

Dissidit, & multâ porrectum extendit arena.

APPENDIX I.

Compositū Abscidi habet penultimam
communem.

Lucan. Abscidit impulsu ventorum adiura vetustas. Lib. 3.

Idem, Abscidit nostra multum sors inuita laudi. Lib. 4.

Idem, Illa comam laua morienti abscidit ephēbo. Lib. 6.

Martialis, Abscidit vultus ensis uterq; sacros. Lib. 3.

PRAECEPTUM V. DE PRAETERITIS
geminantibus primam syllabam.

Cum prima syllaba praeteriti geminatur,
eadem, & secunda brevis est, nisi obstant
duae consonantes, ut Tetigi, peperit, cecini.

Virg. Tityre te patula cecini sub tegmine fagi. Georg. 4.

EXCEPTIO.

Excipiuntur cecidi à cædo: pepedi à pedo,
in quibus secunda longa est, ut & in ijs, in
quibus duae consonantes sequuntur, ut Cucur-
vi, tetendi.

Iuven. Ebruius ac petulans, qui nullum fortè cecidit, Satyr. 3.
Dat pœnas.

PRAECEPTUM VI. DE SVPI-
nis dissyllabis.

Svpina duarum syllabarum habent prio-
rem longam, ut Visum, motum.

Virg.

GRAMMAT. INSTIT.

Æn. 6. *Virg. Terribiles visu forma Letumq̄, Laborq̄, Idem,*
 Æn. 5. *Quos ego: sed motos præstat componere fluctus.*

EXCEPTIO I.

ratum, satum, datum, cirum, litum.

At reor, atque sero, do iunge ciere, linoque.
 itum, rutum, quitum, situm.

Ire, ruoq̄; queo, siui rapuere priores.

Æn. 2. *Virg. Nos abijisse rati, & vento petijisse Micenas.*
 Ibidem. *Idem, At non ille, satum quo te mentiris, Achilles*
 Lib. 3. *Talis in hoste fuit Priamo. Valer. Flac. Vulnus, & ex-*
 Met. 2. *trema sonuit iit a cuspide cassus. Ovi. Hic situs est Phaë-*
ton' currus auriga paterni.

APPENDIX I.

Citum à Cico secundæ declinationis prio-
 rem breuem habet, vnde Concitus, ex-
 citus penultima breui,

Æn. 12. *Virgil. Altior insurgens, & cursu concitus Heros.*
 Met. 2. *Ouid. de inuidia. Nec fruitur somno vigilantibus ex-*
cita curis.

Citum verò à Cio quarti ordinis priorem
 producit, vnde concitus, excitus penultima
 longa.

Lib. 5. *Lucan. Vnde ruunt toto concita pericula mundo,*
 Lib. 1. *Idem, Rupta quies populis, stratisq̄, exita iuuentus.*

APPENDIX II.

RVo nunc facit ruitum supino, priscis se-
 culis rutum fecit, vnde extant cõposita,
 Dirutum, erutum, qbrutum.

Edist. *Ouid. Diruta sunt alijs, vni mihi Pergama restant.*
 Æn. 11. *Virgil. Nec mihi cum Teucris vllum post eruta bellum*
Pergama.

AP-

LIBER III.

APPENDIX III.

STatum videtur priorem habere commu-
nem, inde enim status, vs, & status, a, um,
priore breui oriuntur, & cōposita, quæ per I,
efferuntur, ipsum corripunt, vt *præstitum*

Ouid. Hic status in caelo multos permansit in annos. Fast. 4.

Idem, Musa quid à fastis non stata sacra petis? Fast. 1.

Inde etiam Staturus, constaturus, & quæ
per A, efferuntur, eandem producant:

Lucan. Tunc res immenso placuit statura labore. Lib. 3.

Mart. Constatura fuit Megalensis purpura centum. Lib. 10.

PRAECEPTUM VII. DE SUPINIS
polisyllabis.

SUpina in Tum polisyllaba, præcedente V,
habent penultimam longam, vt *Solutum, ar-
gutum, indutum, &c.*

Virgil. Lumina rara micant, somno vinoq; soluti Pro- *Æn. 9.*
cubuere.

Item in Tum à præteritis in Vi per V, con-
sonantē, vt: *Cupiui, cupitum: petiui, petitum.* *Ouid.*
Exul eram, requiesq; mihi, non fama petita est. *Trist. 4.*

EXCEPTIO.

AGnoui tamen & cognoui, agnitum, co-
gnitum penultimam breuem habent.

Ouid. Idq; recens præstas, nec longo cognitus vsu. *Trist. 3.*

PRAECEPTUM VIII.

SUpina in itum à præteritis in Vi, per V, vo-
calem, habent penultimam breuem, vt:
Monui, monitum, tacui, tacitum.

Virg.

GRAMMAT. INSTIT.

Æn. 6. Virg. *Discite iustitiam moniti, & non temnere Diuos.*
Ibidem. *Idem, Quis te magne Cato tacitum, aut te Cossere-*
linquat.

*generis
Propria*

Genus PRAECEPTVM IX. DE
Deriuatis.

Deriuata sequuntur naturam eorum, à quibus deriuantur, vt *Legebam, legam, lege, legito*, prima breui, quia oriuntur à presenti *lego, legis*, cuius prior itidem breuis est.

Legero, legissem, legero, legisse prima longa, quia à præterito *legi* nascuntur, cuius prior etiam longa est.

Aratrum, simulacrum, ambulacrum, lauacrum, volutabrum, inuolucrum penultima longa, quia à supinis *aratum, simulatum, ambulatū, lauatum, volutatum, inuolutum*, deducuntur, quorum penultima similiter longa est.

Reditus, exitus, introitus penultima correpta, quia supina, vnde fiunt, eandem habent breuem.

EXCEPTIO.

Multa quæ suæ originis naturam nõ sequuntur, vsu assiduâque poetarum lectione sunt discenda, cuiusmodi sunt *Fomes, mobilis, laterna, regula*, quæ primam habent longam, cum verba *Foueo, moueo, lateo, rego*, à quibus proficiscuntur, eandem corripiant.


Con-



Faint handwritten text at the top left of the page, possibly a title or reference.

Faint handwritten text at the bottom left of the page, possibly a page number or date.





Virg.

Non Czott Roma LIBER III.

Virg. Talibus ex adyto dictis Cumæa Sibylla.

EXCEPTIO.

Refert hoc est, interest, seu necesse est, **R**e
habet longum.

Martian. multum, crede mihi, refert à fonte bibatur. Lib. 9.

Qui fluit: an pigro cum stupet vnda lacu. Virgil. — Georg. 2.
neq; enim numero comprehendere refert.

PRAEPOSITIONES LONGAE.

A, E, DE, DI, Se, longæ sunt, vt: **A**mitto, **E**rum-
Po, **D**educo, **D**iripio, **S**eparo.

Virg. Amissos longo socios sermone requirunt.

Idem, Deducunt socij naues, & littora complent. Æn. 1.

Idem, Tergora diripiunt costis, & viscera nudant. Æn. 3.
Æn. 1.

EXCEPTIO.

Dirimo & **D**isertus, **D**i, corripunt.

Virg. Cede Deo, dixitq; & praelia voce diremit. Æn. 3.

Mart. Quod tam grande sophos clamat tibi turbato-
gata, Non tu Pomponi, cæna disertæ tua est. Lib. 6.

PRO PRAEPOSITIO.

Pro, præpositio breuis est apud Græcos,
vt Propontis: longa apud Latinos, vt Pro-
ueho.

Ouid. Misit in has si quos longa Propontis aquas.

Virgil. Prouehimur portu, terraq; vrbesq; recedunt. De Pont. 4.
Æn. 3.

EXCEPTIO.

Corripi quæ fundus, neptis, fugioq; ne-
posq; *in filia*

Et fari, festus, fateor, fanumq; creatunt, *filia filij*

B Huc

GRAMMAT. INSTIT.

Huc profugus spectat, cui iūge profano, pro-
teruus, *scholaris*

Huc Proficiscor ades, Properate, Procello,
Profecto, *deicio*

Tuq; Propago genus: vitis propago recede. *alio vobis*

Æn. 1.

Virg. Tum breuiter Dido vultum demissa profatur. *legit*

Lib. 3.

Proper. Magnū iter ad doctas proficisci cogor Athenas.

Lib. 1.

Lucan. Ad Cinnas, Mariosq; venis? sternere profecto.

Lib. 6.

Idem, Quam prior affatur Pompeij ignoro propago.

Georg. 2.

Virg. — pressos propaginis arcus. *propaginis*

APPENDIX.

Propino, procuro primam habent com-
munem: profundo rarissimè eandem pro-
ducit.

E, in Compositione.

Si prior pars cōpositi E vocali terminetur,
sferè breuis est, vt liquefacio, tepefacio, treme-
facio, stupefacio nefas. *incompositum*

Georg. 1.

Virg. Elāmarumq; globos, liquefactaq; voluere saxa.

Æn. 9.

Idē, — atro tepefacta cruore Terra toriq; madent.

Sat. 13.

Iuuen. Credebant hoc grande nefas, & morte pian-
dum,

Si iuuenis vetulo non assurrexerit.

EXCEPTIO.

EXcipe Nequis, nequa, nequod, nequam,
nequitia, nequaquam, nequicquam, ne-
quando, videlicet, veneficus, venefica. *ne aliqua*

Æn. 12.

Virg. Nequa meis esto dictis mora: Iupiter hac stat.

In Epist.

Ouid. Barbara narratur venisse venefica tecum.

I, vel

LIBER III.

I, vel Y, in Compositis.

Si prior pars compositionis, in I, vel Y, desinat, corripitur, vt *Omnipotens, causidicus, Palinurus, Polydorus.*

Vergil. Tum pater omnipotens, rerum cui summa potestas; Æn. 10.

Infit:

Mart. Carpere causidicus fertur mea carmina: qui fit Lib. 5.
Nescio: si sciero, va tibi causidice.

Virgilius, Nudus in ignota Palinure iacebis arena. Æn. 5.

Idem, Nam Polydorus ego, &c. Æn. 3.

EXCEPTIO I.

I, longum habent ibidem, vbiq; idem pronomen, virile, bigæ, quadrigæ, biduū, triduum, siquis, siqua, siquod, scilicet, ilicet, tibi-
cen, meliphylon, Trinacria.

Martial. Difficilis, facilis, iucundus, acerbus es idem. Lib. 12.

Idem, Si totus tibi triduo legatur. Virgil. Trinacria Lib. 2.

mirata fremit Troiaq; iuventus. Ouid. Parua nec at Æn. 3.

morsu spatiosum viper a taurū. Idem, Si qua meis fue- Trist. lib. 7.

runt, vt erunt, vitiosa libellis, Excusata suo tempore
lector, habe.

Vbicunq; frequentius I, habet breue.

Mart. Qui tecum cupis esse meos vbicunq; libellos. Lib. 1.

Ouid. tamen produxit. Seruor vbicunq; est, &c. Met. lib. 7.

EXCEPTIO II.

Item composita ex Dies, vt meridies, meridior, quotidie, quotidianus, &c.

Martial. Inter tepentes post meridiem buxos Sedet. Lib. 3.

B 2 Ex.

GRAMMAT. INSTIT.
EXCEPTIO III.

SI, I, fixum non fuerit, sed pro genere, & casu mutetur, longum erit: vt quidam, quibus, quilibet, tantidem.

- Lib. 9. *Martial. Rumpitur inuidiâ quidam carissime Iuli,
Quod me Roma legit, rumpitur inuidiâ.
Ouidius: Pollicitus diues quilibet esse potest.*

O IN COMPOSITIS.

OIn Græcis dictionibus priorem compositi partem claudens, corripitur vt *Cymothæe, Carpophorus, Argonauta.*

- Lib. 1. *Martial. Secula Carpophorum, Caesar, si prisca tulissent:
Iam nullum monstris orbe fuisset opus.*
Lib. 3. *Idem, Non nautas puto vos, sed Argonautas.*

EXCEPTIO.

QVAE per ω mega apud Græcos scribuntur, longa sunt: Γεωμέτρης Geometra, Λαγώπῳς Lagopus: nec plura facile inuenies, quibus vtantur Latini.

- Lib. 7. *Mart. Si meus auritâ gaudet lagopode Flaccus.*

DE INCREMENTO SINGULARI NOMINIS.

Quid sit Incrementum.

SI genitiuus singularis par fuerit nominatiuo syllabarum numero, nullum erit incrementum, vt *Musa, Musæ, Dominus, Domini.*

Sin longior fuerit, tum penultima genitiui incre-

LIBER III.

incrementum erit, quæ in omnibus casibus v-
triusq; numeri semper genitiui quantitatem
seruat, vt *Sermo, sermonis, sermoni, sermones, sermo-
nibus*, vbiq; O longum est: Præter *Bobus*, vbi
O producitur, quamuis in genitiuo singulari
corripiatur *Bouis*.

APPENDIX.

ITer, supellex, & composita ex caput, lite-
ris Ps, finita, duplici augentur incremento,
Itineris, supellectilis, biceps, bicipitis.

INCREMENTVM PRIMAE declinationis.

A, incrementum primæ declinationis lon-
gum est, vt *Aulai, pictai*.

Virgilius, Aulai in medio libabant pocula Bacchi.

Idem, Diues equum, diues pictai vestis, & auri.

Æn. 3.

Æn. 9.

INCREMENTVM SECUN- dæ declinationis.

E, I, V, incrementa secundæ declinationis
corripiuntur, vt *Miser, miseri, Vir, viri, Satur, sa-
turi*.

Virg. Non ignara mali miseris succurrere disco.

Æn. 1.

Idem, Arma, virumq; cano, Troia qui primus ab oris.

Ibidem.

EXCEPTIO.

Iber, Ibéri penultimam habet longam, &
lex eo compositum *Celtiber, celtibéri*.

Lucan. Interea domitis Cesar remeabat Iberis.

Lib. 4.

B 3

Martial.

GRAMMAT. INSTIT.

Lib. 1.

Martial. Vir Celtiberis non tacende gentibus.

INCREMENTA TERTIÆ
declinationis.

A.

A Incrementum singulare tertiæ declinationis longum est, vt:

Vectigal, Titan, pietas, pax, calcar, & Aiax.

Past. 3.

Ouidius, Concit at iratus validos Titanas in arma.

Æn. 1.

Virg. Hic pietatis honos, sic nos in scepra reponis?

Ibidem.

Idem, Pars mihi pacis erit dextram tetigisse Tyrāni.

EXCEPTIO I.

Corripi masculina in Al & Ar, vt: Sal, Annibal, Amilcar.

Par cum compositis, hepar, cum nectare, bacchar,

Hic vas, mas & anas, queis iunges larque, iubarque.

Æn. 1.

Virg. Vela dabant lati, & spumas salis ære ruebant.

Lib. 8.

Silius, Annibalem Fabio ducam spectante per Urbem.

Lib. 1.

Idē, Cui seuum arridens: Narrabis Amilcaris umbris

Æn. 5.

Virg. Pergameumq; Larem, & cana penetralia Vestæ.

EXCEPTIO II.

Item Græca in A, & As, vt poëma, stemma, Pallas, & quæ consonantem habent ante S, vt trabs, Arabs.

Et dropax, anthrax, Atrax, cum smilace, climax,

His

LIBER III.

^{nam flumini} His Atacem, panacem, colacem, styracemq;
^{nam flumini} facemque.

^{nam flumini} Atque abacem, coracem, phylacem, compo-
staque neptes.

^{coram} Iuuen. Stemmata quid faciunt? quid prodest Pontice Sat. 8.
longo. Sanguine cęseri? Virg. Instar montis equum di- Æn. 2.
uina Palladis arte edificant. Ouidius, Nam modò thu- Fast. 4.
rilegos Arabas, modò suspicit Indos.

E.

E Incrementum singulare tertię declina-
tionis breue est, vt:

Degeneratq; teres, puluis, cum funere, nex,
grex.

Ouidius, Mille greges illi, totidemq; armenta per her- Met. 4.
bas, Pascebant.

EXCEPTIO I.

G Enitiuus, Enis, penultimam habet lon-
gam. vt Ren, renis, Siren, sirenis. ^{Deu in anar}

Ver, & Iber, locuples, hæres, mercesque, qui-
esque.

Lex, veruex, halec, seps, plebs, rex in super ha-
lex.

Mart. munera qui tibi dat locupleti, Gaure, seni q; Lib. 8.
Si sapiis, & sentis, hic tibi ait, morere.

EXCEPTIO II.

I Tem peregrina in El, vt Michaei, & Græca
in Er & es, vt Crater, ^{nomini} Rhamnes, tapes, prater aër
& ather.

Virgil. Crateras magnos statuunt, & vna coronant. Æn. 2.

B 4 Idem,

GRAMMAT. INSTIT.

Æn. 7. *Idem, — simul ense superbum Rhamnetem aggreditur, qui fortè tapetibus altis
Extractus, toto prostrabat pectore somnum.*

I, vel Y.

I vel Y, incrementum singulare tertiæ declinationis breue est, vt:

Ordo, pugil, carmen, cespes, cum sanguine, princeps,

Et chlamys, atque chalybs, pollex.

Georg. 1. *Virgil. India mittit ebur, molles sua thura Sabai:
At Chalybes nudi ferrum —.*

EXCEPTIO I.

Genitius Inis vel ynīs, à nominibus Græcis, penultimā producit, vt Delphin, Phorcyn, Salamis.

Item Nesis, Nesidis, Gryps, Gryphis, vibex, vibicis.

Glis, gliris, Dis, lis, Samnis, quibus adde Quiritem.

Eclog. 8. *Virgil. Orpheus in siluis, inter delphinās Arion.*

Æn. 8. *Idem, Laomedontiaden Priamum Salamina petentem.*

Æn. 6. *Idem, Noctes, atq; dies patet atri ianua Ditis.*

EXCEPTIO II.

Nomina Ix, vel yx syllaba finita penultimam genitiui habent lōgam, vt Felix,

mastix, mastygis, bombyx, bombycis.

Æn. 1. *Virg. Viuite felices, quibus est fortuna peracta
Iam sua,*

EX-

LIBER III.

EXCEPTIO III.

I Breue seruarunt histrix, cum fornice, va-
rix, ^{animal molyssimum} ^{no proprium, p[er]m[an]ens. no. merbrae. geny serpentis}
Coxendixque, Cilix, chænix, natrixque, ca-
lixque, ^{no. uentris}
Atque calyx Danaum, nectes Erycemque ni-
uemque, ^{no. uentris}
Sardonychi sociatur onyx, pix hæret utriq;
Et salices, filices, larices: sit Bebrycis anceps:
Sed breuibusiunges in Gis cum patrius exit:
Coccyx coccygis, Mastix mastigis amabit.
Lucan. Armenios, Cilicasq; feros, Taurosq; subegi. Lib. 2.
Idem, Nunc pice, nunc liquidâ rapuere incendia ce-
râ. Lib. 3.

O.

O Incrementum singulare tertiæ declina-
tionis longum est, ut:
Vnio, Sol, Telamon, candor, vox, atque sa-
cerdos.
Ouid. Regia Solis erat sublimibus alta columnis. Met. 2.

EXCEPTIO I.

GRæca in On, quæ in obliquis habent O-
micron, corripuntur, ut: Philemon, Pala-
mon, Sindon, Agamemnon, Iason, Amazon, & multa
alia, quæ usu sunt discenda.
Virg. Pulsant, & pictis bellantur Amazones armis. Æn. II.
Latini interdum N literam omittunt, ut:
Macedo Macedonis, Agamemno Agamemnonis.
Statius, Conclamant Danai, stimulatq; Agamemno Theb. II.
volentes.

B

S

Quæ

GRAMMAT. INSTIT.

Quæ verò per ωmega scribuntur, longa sunt, vt: *Simon, agon, Sidon, Solon, &c.*

EXCEPTIO II.

Genitius in Oris à nominibus Græcis, & Latinis neutris præter os oris penultimã habet breuem, vt: *Nestor, marmor, ebur, corpus:* quibus adduntur *memor, arbor, lepus, & ex ποὺς, ποδὸς, pus, podòs* composita, vt *tripus.* Item, *bos, compos, & impos.*

Meta. 13.
In Epig.

Ouid. Qui licet eloquio fidum quoq; Nestora vincat.
Virg. Sic vos non vobis fertis aratra boues.

EXCEPTIO III.

Corripiuntur etiam *Cappadox, præcox,* & quæ consonantem habent ante S, vt: *Scrobs, Ethiops, Dolops:* præter *Cyclops, Cercops, hydrops.*

Lib. 9.

*Martialis, Cappadocum seuis Antistius occidit oris
Rusticus, ô tristi crimine terra nocens.*

Æn. 2.

Virg. Hic Dolopum manus, hic seuus tēdebat Achilles.

Met. 1.

Ouid. Tela reponuntur manibus fabricata Cyclopum.

V.

V Incrementum tertiæ declinationis breue est, vt:
Dux, Ligus, & pecus, intercus, cum præfule,
turtur.

Georg. 4.

*Virgil. Magnanimosq; duces, totiusq; ordine gentis
Motes, & studia, & populos, & praelia dicam.*

EX-

LIBER III.

EXCEPTIO.

Interrogandi casus Vdis, ris, vtis, penultimam habent longam: vt palus, paludis, tellus, telluris, fur, furis, virtus, virtutis. Quibus addenda sunt Pollux, lux & frugis, frugi, & cæteri obliqui.

Virg. Quid domini facient, audent cum talia fures? Eclog. 3.

Tibul. Luce facta requiescit humus, requiescit arator

DE INCREMENTO PLV.

rati nominis.

Penultima genitiui, vel datiuo pluralis numeri, dicitur incrementum plurale, cum vterq; casus longior est nominatiuo eiusdem numeri, vt Musa, Musarum: Ambo, amborum, ambobus. Qui, quorum, quibus: Res, rerum, rebus.

PRAECEPTVM I.

A, E, O, incrementa multitudinis longa sunt, vt: Quarum, harum, ambabus. Rerum, rebus: Horum, quorum.

Ouid. Cum tamen à turbâ rerum requieuerit harum, De Pont. 4.
Ad vos mansuetas porriget ille manus. Virg.

At Capys, & quorum melior sententia menti: Æn. 12.

PRAECEPTVM II.

I, & V, incrementa multitudinis corripuntur, vt: Quibus, tribus, montibus, lacubus.

Virg. Montibus in nostris solus tibi certat Amyntas. Eclog. 5.

Ouid. Præmia de lacubus proxima musta tuis. Fast. 4.

DE

GRAMMAT. INSTIT.
DE VERBORVM
INCREMENTO.

QVID SIT INCREMENTUM
verbi.

SECUNDA persona singularis, modi Indicativi norma est, ad quam verborum incrementa diriguntur: cui si verbum sit æquale, nullum erit incrementum: vt, *Amat, amant*, quia dissyllaba sunt, sicut *Amas*, quæ norma & regula est incrementorum, nullum habent incrementum. Sin verbum longius sit vnâ syllabâ, vnum habebit incrementum, vt: *Amamus, amatis*, quorum penultima incrementum est: nam vltima nunquam dicitur incrementum. Si duabus syllabis norma superetur, duo erunt incrementa, vt: *Amabatis, amabamus*, Si tribus tria, vt *Amaueritis, amaueramus*, Si deniq; quatuor, totidem erunt incrementa, vt *Audiebamini*.

In verbis deponentibus fingenda est vox actiua, ad quam verborum incrementa dirigantur. † Vltima syllaba, vt modò diximus, nunquam est incrementum: prima verò est, si norma ipsa sit monosyllaba, vt: *Das, Fles, Damus, datis, dabã, dare*, & cætera dissyllaba vnum habent incrementum: eodem modo, *Flemus, fletis, flebam, flere, &c.*

PRAE-

LIBER III.

PRAECEPTVM I.

A, in omni verborum incremento
citur, vt: *Stabam, stares, properamus, docet
audiebamini, &c.*

*Virg. Troiaq; nunc stares, Priamiq; arx altam
res.*

Ouid. Serius, aut citius metam properamus ad vna

EXCEPTIO.

A, primum duntaxat incrementum verb
Do, das, corripitur: vt *Damus, dabunt, dare:* ob
quam causam pronunciamus *circundamus,*
circundabunt, circundare: Venundabo, ve-
nundare, & caetera, penultima breui.

*Virgil. His lacrymis vitam damus, & miserescimus Aen.
vltro.*

Ouid. Iussit & ambita circundare littora terra. Met. i.

PRAECEPTVM II.

E, in omnibus verborum incrementis pro-
ducitur, vt: *Flebam, rebar, lacereris, docerem, lege-*
runt.

*Ouid. Flebat Aristaeus, quod apes cum stirpe necatas Fast. i.
Viderat inceptos destituisse fauos.*

Virg. Sic equidem ducebam animo, rebarq; futurum. Aen. 6.

*Mart. Dadae Lucano cum sic lacereris ab vrso,
Quam cuperes pennas tunc habuisse tuas. Lib. i.*

EXCEPTIO I.

E, ante R, breue est in quouis praesenti &
imperfecto tertiae coniugationis: vt *Cognosce-*
re, legerē, legeremus, legeris vel legere. Nisi sit an-
te Reris, vel Rere, vt loquereris, prosequerere.

Virg.

RAMMAT. INSTIT.

arue puer risu cognoscere matrem.
laurigeros ageres cum lata triumphos:
ibi Roma caput, cum loquereris, erat.
ante te fallax cepere obliuia nostri,
sicutumque fuit tantus adire timor,
que respiceres, nec solarere iacentem
dure, nec exequias prosequerere meas?

EXCEPTIO II.

E, ante Ram, Rim, Ro, corripitur, vt: Ama-
ueram, amauerim, amauero: Feceram, fecerim, fece-
ro. De cæteris personis idem esto iudicium,
Amaueris, amauerit, amauerimus, amaueritis: Feci-
rimus, feceritis.

Ouid. Fecerat exiguas iam Sol altissimus umbras.

EXCEPTIO III.

BERIS & Bere semper corripitur, vt: Cele-
braberis, vel celebrabere, mordeberis, vel mor-
debere.

En. 8.

Trist. 1.

Virg. Semper honore meo, semper celebrabere donis.

Ouid. Tu caue defendas, quamuis mordebere dictis

APPENDIX.

POETÆ in præterito indicatiui E literam
ante Runt syllabam, pro suo iure inter-
dum corripunt.

En. 3.

Virgilius. Obstupui, steterunq; coma, & vox faucibus
hasit.

Horat. Dii tibi diuitias dederunt, artemq; fruendi:

Silius, Terruerunt pauidos accensa Ceraunia nautas.

PRAE

LIBER III.

PRÆCEPTVM III.

I, in quouis verborum incremento corripi-
pitur, vt *Linquimus, amabimus, audiebamini.*

Virg. Linquimus Ortygiae portus, pelagoq; volamus. Æn. 3.

EXCEPTIO.

Penultima præteriti in *IVI*, longa est, vt:
petiui. Et primum incrementum quartæ
coniugationis, vt: *Ibam, ibo, ito, subimus, venimus,*
reperimus presentis temporis.

Virg. Cessi, & sublato montem genitore petiui. Æn. 2.

Idem, Tu ne cede malis, sed contra audentior ito. Æn. 6.

Idem, Iungimus hospitio dextras, & tecta subimus. Æn. 3.

Hæc etiam *I*, longum habent, *Nolito, no-
lite, nolimus, nolitis, velimus, velitis, simus,*
*sitis, & quæ ex ipsis componuntur, vt possi-
mus, &c.*

Ouid. Et documenta damus, qua simus origine nati. Met. 1.

Idem, Si quis, vt in populo, qui sitis, & vnde, requirat. De Pont. 4.

APPENDIX I.

*I*Mus, in præterito penultimam corripit, vt
venimus, reperimus, comperimus.

Virg. Non nos aut ferro Libycos populare penates Æn. 2.

Venimus, aut raptas ad littora vertere pradas.

APPENDIX II.

Tempora Coniunctiui modi syllabis *Ri-
mus, & Ritis* finita habeantne penulti-
mam breuem, an longam.

GRAM-

GRAMMAT. INSTIT.

Grammatici certant, & adhuc sub iudice lis est nō solū recentiores, sed etiam veteres. Diomedes enim docet præteritū breue esse, futurum verò longum. Probus vtrumq; longum esse affirmat. Quare cum versus facies, poëtas optimos imitaberis: qui Ri syllabam modò corripunt, modò producant, prout versus postulat. Sin tibi aliquid recitandum erit, ne sermonem des auditoribus, consuetudini regionis seruias.

PRAECEPTVM IV.

O, in verborum incrementis semper producit, vt *Facitote*.

Meta. 9. *Ouidius. Cumq; loqui poterit, matrem facitote saluet.*

PRAECEPTVM V.

V, in verborum incrementis vbiq; corripitur, vt: *Sumus, Possumus, Volumus*.

Epist. 5. *Horat. Nos numerus sumus, & fruges cōsumere nati.*
Ibidem. *Idem, Si patria volumus, si nobis viuere cari.*

DE VLTIMIS SYLLABIS.

Syllabę, quæ vltimum locum tenent, partim positione, vt *prudens, pracox*, partim diphthongo, vt *Musa*: partim priuatis præceptionibus cognoscuntur, de quibus nunc agendum est.

A, in fine.

A, finita longa sunt, vt *Memora, contra, ultra, antea, triginta, quadraginta, &c.*

Æn. 1. *Virg. Musa mihi causas memora: quo lumine laso:*
Idem,

LIBER III.

Idem, *Aeolus hac contra: Tuus o Regina quid optes* Ibidem.
Explorare labor, mihi iussa capessere fas est.
 Idem, *Triginta capitum fetus enixa iacebit.* Æn. 8.

EXCEPTIO.

Corripi Eia, ita, postea, quia Item casus
 Omnes in A, ut Anchora, vela: Preter ab-
 latium, ut de prorâ & vocatiuos Græcos, ut
 o Aenea, o Atla, Calcha, Palla.

Virgilius, *Non ita me experti Bitias, & Pandarus in-* Æn. 11.
gens.

Idem, *Anchora de prorâ iacitur stant littore pappes.* Æn. 3.

Idem, *Tendunt vela Noti: fugimus spumantibus undis.* Ibidem.

Idem, *Non hac o Palla dederas promissa parenti.* Æn. 11.

Idem, *Quid miserum Aenea laceras? iam parce se-* Æn. 3.
pulto.

E, in fine.

E, litera finita corripiuntur, ut Nate, fuge,
 ponè, facile, penè, nempè.

Virg. *Heu fuge nate Dea, teq; his, ait, eripe flammis.* Æn. 2.

Idem, *Penè simul tecum solatia raptâ Menalca.* Lib. 9.

Martial. *Lege nimis dura conuiuiam scribere versus* Eclog. 9.
Cogis Stella: licet scribere, nempè malos.

EXCEPTIO I.

Producuntur omnia primæ & quintæ de-
 clinationis: Anchisiades o Anchisiade, Calliope,
 re, die, & quæ inde oriuntur, ut quare, hodie, qui-
 bus adde Fame, cete, Tempe.

Virg. *Tros Anchisiade facilis descensus Auerni.*

Idem, *Vos o Calliope precor aspirate canenti.* Æn. 7.

Mart. *Non venias quare tam longo tempore Romam.* Lib. 10.

C Lucan.

GRAMMAT. INSTIT.

- Lib. 7. *Lucan. Aut hodie Pompeius erit miserabile nomen*
 Æn. 6. *Virg. Obijcit, ille famerabida tria guttura pandens.*

EXCEPTIO II.

- I**tem verba Imperatiui modi, numeri singularis, secundæ declinationis, vt vide, habe.
 Epist. 1. *Horat. Vade, vide, caue ne titubes, mādāt aq̄, si angas.*
 Lib. 10. *Mart. Quæ tua sunt, tibi habe: quæ mea, redde mihi.*
 Caue, ferè corripitur.

- Trist. 1. *Ouid. Tu caue defendas, quamuis mordebere dictis.*
 Idem produxit alibi.

- Mota. 1. *Nate caue, dum resq̄, sinit, tua corrige vota.*
 Sunt etiam, longa monosyllaba, vt: Me, te, se. Exceptis coniunctionibus encliticis, que, ne, ve. Et syllabicis adiectionibus Pte, Cè, Te, vt Suapte, hisce, tute.

- Æn. 1. *Virgil. Tantane vos generis tenuit fiducia vestri?*
 Epist. 1. *Horat. Neve putes alium sapiente bonoq̄, beatum.*
 Ser. 1. Sat. 4 *Horat. Hinc omnis pendet Lucilius hosce sequutus.*
 Lib. 1. *Lucretius, Accipe præterea, quæ corpora tute necesse est Confiteare.*

EXCEPTIO III.

- L**onga præterea sunt ferè fermè, ohe & aduerbia à nominibus secundæ declinationis profecta, vt placidè, valdè, minimè, summè, præter Benè & malè.
 Sat. 6. *Iuuen. Nulla ferè causa est, in qua non fœmina lit em mouerit.*
 Sat. 13. *Idem Mobilis & varia est fermè natura malorum.*
 Lib. 4. *Martialis, Ohe iam satis est, ohe libelle.*

Idem,

LIBER III.

Idem, Excipe sollicitos placidè, mea dona libellos. Lib. 9.

Idem, Nil benè cum facias, facis attamè omnia bellè. Lib. 2.

Horat. Et malè tornatos incudi reddere versus. In Arte.

Facilè etiam cum est aduerbium corripitur: nā adiectiua tertiæ declinationis cum in aduerbia transeunt, vltimam habent breuem, vt sublimè, suauè, dulcè.

Virgil. Cantantes sublimè ferent ad sidera cygni. Eclog. 9.

Virg. Ipse sed in pratis aries iā suauè rubenti Murice. Eclog. 4.

I, in fine.

I, vocali terminata longa sunt, vt classi, fieri.

Virg. Sic fatur lacrymans, classiq; immittit habenas. Æn. 6.

Martialis, Quàm vellem fieri meus libellus. Lib. 8.

EXCEPTIO I.

Corripi Nisi, quasi: & Græca, quæ in I, vel

Y, exeunt, vt Palladi, Daphny, moly.

Ouid. Quid nisi, Pierides, soiat in frigida restant? De Pont. 4.

Martial. Cum dixi ficus, rides quasi barbara verba. Lib. 5.

Stattius, Palladi littoreæ celebrabat Scyros honorum Achil. 3.

Forte diem.

Virg. Infere Daphni pyros: carpent tua pomâ nepotes, Eclog. 9.

Ouidius, Moly vocant superi, nigra radice tenetur. Meta. 14.

EXCEPTIO II.

M Ihi, tibi, sibi vltimam habent communem. Ibi, vbi, Cui cum dissyllabum est, frequentius corripuntur.

Virgilius, Post mihi non simili pœna commissa luetis. Æn. 8.

Idem, Extremum hunc Arethusa mihi concedo laborem. Eclog. 10.

GRAMMAT. INSTIT.

- Lib. 1. *Mart. Sed norunt cui seruiant leones.*
 Lib. 7. *Idem, Me legit omnis ibi senior, iuuenisq³, puerq³.*
 In Epod. *Horat. Reddit vbi Cererem tellus inarata quotannis.*
 O, in fine.

O, finita ambigua sunt, vt *Quando, vigilando, nolo.*

- Lib. 5. *Mart. Nolo mihi ponas rhombū, nullūmve bilibrem,*
Nolo bōletos, ostrea nolo: tace.

EXCEPTIO I.

EXcipe monosyllaba, vt *O, do, sto*: Datiuos & ablatiuos, vt *Somno, tuo*: itē Græca, quæ habent omega, vt *Androgeo, Atho, Clio, Alecto, & cætera* eiusdem generis: quibus accedit *Ergo* pro causa.

- Æn. 2. Virgil. O lux Dardania, spes o fidissima Teucrum.*
Ibidem. Idem. Inuadunt urbem somno, vinoq³, sepultam.
Æn. 7. Idem, Lueticam Alecto Dirarum ab sede sororum
Infernisq³, ciet tenebris.

EXCEPTIO II.

Item aduerbia à nominibus orta, vt: *subitò, meritò, multò*, quibus adduntur *adeò, ideò*.

Hinc rursus excipiuntur *Modo, quomodo, dummodo, postmodo, cito, imo*, quibus accedunt, *Scio, nescio, duo*.

- Lib. 5. *Martiai. Mentiris iuuenem tinctis Lentile capillis,*
Tum subitò coruus, qui modò cygnus eras?
 Lib. 6. *Idem, Non habet ergo aliud? non habet, imò suum.*

EXCEPTIO III.

Aduerbium *Serò*, coniunctio *Verò* vltimam habent communem.

Mar-

LIBER III.

Martial. Pro meritis cœlum tantis, Auguste, dederunt Lib. 5.
Alcida citò dij. sed tibi serò dabunt.

Valerius Flac. -- sin verò preces, & dicta superbus Re-
spuerit.

V, in fine.

V finita longa sunt, vt Manu, Cornu, Panthu.

Virgilius, Tela munu miseri iactabant irrita Teucris. Æn. 2.

Idem, Iam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam. Æn. 9.

Ouidius, Nec mora, curuauit cornu, neruoq; sagittam Met. II.
Impulit.

Virgilius,

Quo res summa loco Pãthu? quam prendimus arcem? Æn. 2.

B, D, T, in fine.

B, D, T, literis terminata corripuntur, vt

Ab, quid, Audiſt.

Virgilius, Tum pater Æneas puppi sic fatur ab alta. Æn. 8.

Idem, Quidquid id est, timeo Danaos & dona feren-
tes. Æn. 2.

Idem, Audiſt & Triuia longè lacus, audiſt amnis. Æn. 7.

Sulphurea Nar albus aqua, fontesq; Velini.

C, in fine.

C, litera finita longa sunt, vt: Sic, Hoc, Hic,
aduerbium.

Virgil. Sic oculos, sic ille manus. sic ora ferebat.

Idem, Hoc Helymus facit, hoc cui maturus Acestes. Æn. 3.

Idem, Classibus hic locus, hic acies certare solebant. Æn. 5.

Idem, Classibus hic locus, hic acies certare solebant. Æn. 2.

EXCEPTIO I.

Corripi Donec, Nec.

Quid. Donec eris felix, multos numerabis amicos. Trist. 1.

Idem, Parue, nec inuideo, sine me liberabis in urbem. Ibidem.

C 3 Ex-

GRAMMAT. INSTIT.

EXCEPTIO II.

Hic pronomen virile anceps est.

Æn. 6.

Virg. Hic vir, hic est, tibi quem promitti sæpius audis.
Idem, Est hic, est animus lucis contemptor, & istum.

Verbum Fac, totius corripitur.

Lib. 5.

Ouid. Hos fac Armenios, hac est Daneia Persis.
Martial. Signa rarius, aut semel fac illud.

L, in fine.

L, finita breuia sunt, vt Asdrubal, semel, vigil,
simul, Consul.

Lib. 7.

Silius, Vertit terga citus damnatis Asdrubal ausis.

Epist. 1.

Horat. Quo semel est imbuta recens, seruabit odorem
Testa diu.

EXCEPTIO.

SAL, nil, Sol longa sunt. Item pleraq; pere-
grina, vt Nabal, Daniel, Saul.

Silu. 4.

Stat. Non sal. oxyporumve, caseusve.

Lib. 10.

Mart. Nil aliud video, quo te credamus amicum.

Met. 2.

Quid. Vltius spatium medio Sol altus habebat.

M, in fine.

M, finita priscis temporibus corripiebantur, neque à sequenti vocali, vt modò fit, excipiebantur, quod etiam nunc in compositis verbis cernitur.

Annal. 10.

Ennius, Insignita ferè tum millia millium octo
Duxit delectos bellum tolerare potentes.

Sat. 9.

Iuuenalis, Quo te circumagas? qua prima, aut vlti-
ma ponas?

N, in

LIBER III.

N, in fine.

N, litera finita longa sunt, vt *Sin, Titan, Siren, Salamin, Actæon*, & cætera tertiæ declinationis, quæ in On exeunt

Virgilius, Sin absumpta salus, & te pater optime Teu- Æn. 1.
crum.

Lucan. Vnde venit Titan & nox vbi sidera condit. Lib. 1.

Ouid. Actæon ego sum, dominum cognoscite vestrum. Met. 3.

Item acculatiuus Græcus nominum in As, Es, E, vt *Ænean, Anchisen, Calliopen* Græcus itidem genitiuus multitudinis cuiusuis declinationis, vt *Cimmerion, epigrammaton.*

Virgil. Et sauum Ænean agnouit Turnus in armis. Æn. 11.

Idem, Amitto Anchisen: hic me pater optime fessum Æn. 3.
Deseris.

Tibul. Cimmerion etiam obscurus accessit ad oras. Lib. 4.

EXCEPTIO I.

COrripiuntur etiam Græca in On, quæ ad secundam nostram declinationem spectant, vt *Pelion, Ilion, Erotion.*

Virg. Forsitan & Priami fuerint quæ fata requiras. Æn. 1.

Idem, Hic tamen ille urbem Patavi, sedesq; locauit. Æn. 2.

Stat. — ferrumq; quod amens.

Ipsa dedi viden' vt iugulo consumpserit ensen. Theb. 3.

Ouid. Nomen Arionium Siculas impleuerat vrbes. Fast. 2.

EXCEPTIO II.

COrripiuntur etiam Græca in On, quæ ad secundam nostram declinationem spectant, vt *Pelion, Ilion, Erotion.*

GRAMMAT. INSTIT.

- In Epist. Ovidius, Ilion, & Tenedos, Simoisq₃, & Xanthus, & Ida.
- Lib. 5. Mart. Pallida nec nigras horrescat Erotion umbras.
Omnes denique accusandi casus, qui à nominibus ultimã breuem habentibus proficiscuntur, vt Scorpion, Thetyn, Ityn, Maian, Aeginan. *Lucan. Scorpion incendis cauda chelasq₃ peruris.*
- Lib. 1. Lucan. Scorpion incendis cauda chelasq₃ peruris.
- Met. 7. Ouid. Tantãq₃ nox animi est, Ityn huc accersite, dixit.
- Theb. 7. Stat. Nanq₃ ferunt raptam patrijs Aeginan ab vndis.

R, in fine.

- R, litera terminata, corripuntur, vt: Amilcar, semper, semiuir, cor, precor, Hector, turtur.
- Lib. 2. Silius, At senior Siculis exultat Amilcar in armis.
- Æn. 1. Virgil. Semper honos, nomenq₃ tuum, laudesq₃ manebunt.
- Lib. 8. Lucan. Inseruisse manus impure ac semiuir aude s?
- Trist. 5. Ovidius, Molle cor ad timidus sic habet ille preces.
- Sat. 6. Iuuenal. Tolle tuum precor Annibalem, victumq₃ Syphacem.
- Met. 1. Ouid. Inferias dederat cum fratribus Hector inanes.
- Eclog. 1. Virg. Nec gemere aërea cessabit turtur ab vlmo.

EXCEPTIO.

PROducito Cur, far, fur, Ibër, Lar, nar, ver, par cum compositis: vt cõpar, dispar, & impar, & Græca quæ faciunt in Genitiuo Eris, vt Aër, ather, crater.

- In Arte. Horat. Descriptas seruare vices, operumq₃ colores
Cur ego sine queo, ignoroq₃ poëta salutor?
- Lib. 5. Martial. Callidus effracta nummos sur auferet arca.

LUCAS

LIBER III.

Lucanus, si tibi durus Iber, aut si tibi terga dedisset Lib. 6.
Cantaber.

Hor. Ludere par, impar, equitare in arundine longa Ser. 2. sat. 3.

Virg. Largior hic campos aether & lumine vestit. Æn. 6.

APPENDIX.

Celtiber à Martiale lib. 10. corripitur.
Ducit ad auriferas quod me Salo Celtiber oras.

As, in fine.

AS, syllaba finita longa sunt, vt *Æneas*,
Pallas, *Pallantis*: *fas*, *nefas*.

Virgil. *Æneas* ignarus abest, ignarus & absit. Æn. 10.

Idem, *Tela*, manusq; finit: hinc *Pallas* instat, & vrget. Ibidem.

Idem. Quippe etiam festis quadam exercere diebus Georg. 1.
Fas, & *iura* sinunt.

Iuuen. Credebant hoc grāde *nefas*, & morte piandū, Sat. 13.
Si iuuenis vetulo non assurrexerat.

EXCEPTIO I.

Corripi Græca quorum genitiuus exit
in Adis, vt: *arcas*, *Pallas* *Palladis*.

Item Accusatiuos tertiæ declinationis: no-
minum Græcorum, vt *Troas*, *Delphinas*, *Heroas*.

Ouid. *Pallas* anum simulat, falsosq; in tempora canos Met. 2.
Addit.

Mart. Cum quibus *Alcides* & pius *Arcas* erat.

Ouid. In te fingebam violentos *Troas* ituros. Lib. 9.

Virgil. *Permistos* *Heroas* & ipse videbitur illis. In Epist.

Eclog. 4.

Es, in fine.

Es, syllaba terminata longa sunt, vt: *Anchi-
ses*, *locuples*, *quoties*, *octies*, *decies*, *tricies*, & cætera.

C S Virg.

GRAMMAT. INSTIT.

- Æn. 4. Virg. Anchises alacris palmas utrasq; tetendit.
 Lib. 11. Mart. Orbus es, & locuples, & Bruto consule natus.
 Lib. 10. Idem, Dicere te lassum quoties ego credo Quirino?
 Lib. 8. Idem, Vno nasceris octies in anno.
 Lib. 12. Idem, Ægrotas vno decies, aut sepius anno.

EXCEPTIO I.

Corripi nomina tertię declinationis, quę crescunt in obliquis penultima breui, vt Diues, eques, hospes, pedes.

- Æn. 2. Virgilius, Insula diues opum, Priami dum regna manebant.
 Æn. 6. Idem, Obuius armato, ceu cum pedes iret in hostem.
 Præter Abies, aries, Ceres, paries, pes, cum compositis, vt cornipes, sonipes.
 Eclog. 7. Virg. Populus in fluuijs, abies in montibus altis.
 Lib. 2. Lucan. Non aries illis, non vlla est machina belli.
 Georg. 2. Virg. Flaua Ceres alto nequicquam spectat olympo.
 Met. 6. Ouid. Nec pes ire potest, intra quoq; viscera saxū est.
 Æn. 4. Virg. Stat sonipes, & frena ferox spumantia mandit.

EXCEPTIO II.

Es à verbo Sum etiam breue est, & ex eo composita, vt potes, ades: item Penes: Gręca neutra in Es, vt Cacoëthes.

Præterea nominandi, vocandiq; casus Gręcorum, vt Arcades, Troes.

- Æn. 2. Virg. Quisquis es, amissos iam hinc obliuiscere Græios.
 Lib. 6. Mart. Tu potes & patria miles & esse decus. Horat.
 In Arte. Quem penes arbitrium est, & ius & norma loquendi.
 Sat. 1. Iuuenalis, — tenet insanabile multos

scrib

LIBER III.

Scribendi cacoëthes, & agro in corde senescit.

Virgil. Arcades insuetas acies inferre pedestres.

Æn. 19.

Idem, Egressi optatâ potiuntur Troes arenâ.

Æn. 1.

Is, vel Ys, in fine.

Is, vel Ys, finita corripuntur, vt apis, inquis,

ais, Thetis, Tiphys, Itys.

Ouid. Non apis inde tulit collectos sedula flores.

Met. 13.

Mart. Non est, inquis, idem, multo plus esse probabo.

Lib. 5.

Persius, Hunc ais? hunc dijs iratis, genioq; sinistro.

Satyr. 4.

Stat. Iam dudum tacito lustrat Thetis omnia visu.

Achil. 1.

Virgil. Alter erit tū Tiphys, & altera quæ vehat Argo

Eclog. 4.

Delectos Heroas.

EXCEPTIO I.

EXcipe casus omnes multitudinis, vt: *Viris,*
armis, Musis, nobis, vobis, Quis pro quibus, omnis.
urbis.

Item, Glis, Vis, nomen & verbum, Velis,
Sis, cum compositis. vt *quanuis, nolis, adsis.*

Et secundas personas numeri singularis
modi indicatiui quartæ coniugationis, vt:

Nescis, sentis.

Virg. *Præsentemq; viris intentant omnia mortem.*

Lucan. *Plus illa vobis acie, quam creditis actum est.*

Æn. 1.

Virgil. ——— *ô terq; quaterq; beati,*

Lib. 1.

Quis ante ora patrum Troia sub mœnibus alta

Æn. 1.

Contigit oppetere.

Idem, *Non ea vis animo, nec tanta superbia victis.*

Æn. 1.

Martial. *Iam satis est: non vis Afer auere, vale.*

Lib. 9.

Luc. *Quamuis Hesperium mûdi properemus in axem:*

Lib. 3.

Mart. *Nescis, beu nescis domine fastidia Roma.*

Lib. 1.

EX-

GRAMMAT. INSTIT.

EXCEPTIO II.

Longa præterea sunt, quorum genitiuus
lexit in Inis, Entis, Itis penultima longa, vt
Salamis, Simois, Samnis, lis.

In Epist.
In Arte.

Ouid. Hac ibat Simois, hic est Sigæia tellus.

Hor. Grammatici certant, & adhuc sub iudice lis est.

Os, in fine.

Os, finita longa sunt, vt: *Os oris, Erectos, Tros,
Mimos, Heros, Athos, Androgeos, & cætera, que per
scribuntur.*

Meta. 1.

*Ouid. Os homini sublime dedit, calumq; videre
Iussit, & erectos ad sidera tollere vultus.*

Æn. 6.

Virg. Tros Anchisiade, facilis descensus Auerni.

Idem, Primus se Danaum, magna comitante caterua,

Æn. 2.

Androgeos offert nobis, sociâ agmina credens.

EXCEPTIO.

Corripi Os ossis, cōpos, & impos, & Græ-
ca neutra, vt: *Cheos, melos, Argos.*

Æn. 6.

Virg. Et Chaos, & Phlegethon loca nocte silentia latè.

Item Os finita, quæ ad secundam Latinam
declinationem transeunt, vt *Tyros, Arctos, Ilios.*

Lib. 3.

Lucan. Et Tyros instabilis, pretiosaq; murice Sidon.

Lib. 9.

Martialis, Nescia nec nostri nominis Arctos erat.

Omnes denique interrogandi casus, à qui-
buscunque rectis proficiscantur, vt: *Arcados,
Pallados, Typhoeos, Tethyos, Tereos.*

Meta. 1.

*Ouid. Arcados hinc sedes, & inhospita tecta Tyranni
Ingredior.*

Fast. 4.

Ouid. Alta iacet vasti super ora Typhoeos Ætna.

Lucan.

LIBER III.

Lucan. Tethyos vnda vaga lunaribus aestuet horis. Lib. I.

Vs, in fine.

VSyllaba terminata breuia sunt, vt *Littus*,
intus, *sensibus*. Et nominandi vocandi que
casus singulares quartæ declinationis, vt: *do-*
mus, *manus*.

Virgil. Heu fuge crudeles terras, fuge littus auarum. Æn. 3.

Idem, Apparet domus intus, & atria longa patefcunt. Æn. 2.

Idem, Hic Dolopum manus, hic saeuus tendebat Achil-
les. Ibidem.

EXCEPTIO.

EXcipemonosyllaba, vt *plus*, *rus*, *thus*.

Lucan. Plus illa vobis acie, quam creditis, actum Lib. I.
est.

Et quæ crescunt in obliquis penultima
longa, vt: *Salus*, *tellus*, *palus*, & nomina quartæ
declinationis, præter casus ante dictos, vt *adi-*
tus, *vultus*.

Ouidius, Mox etiam fruges tellus inarat a ferebat. Met. I.

Idem, Iuncta palus huic est densis obsessa salictis. Met. II.

Martial. Hos aditus Urbem Martis habere decet. Lib. 8.

Denique Græcanomina, quorum geniti-
uus exit in Vntis, vt: *Opus*, *Amathus*: & quæ ex
 $\pi\omicron\upsilon\varsigma$, $\pi\omicron\delta\omicron\varsigma$, Pus $\pi\omicron\delta\omicron\varsigma$ componuntur, vt *Tripus*,
Melampus: quæque ex Oos contrahuntur, vt:
Panthus, ex *Panthoos*. Item genitiuus à fœmini-
nis in O, vt *Manto Mantus*, *Clio Clius*, &c.

Virg. Est Amathus, est celsa mihi Paphus atq; Cythæa. Æn. 10.

Idem, Panthus Otriades arcis, Phœbiq; sacerdos. Æn. 2.

Idem, Fatidica Mantus & Tusci filius amnis. Æn. 10.

Huc

GRAMMAT. INSTIT.

Huc etiam Iesus sacrosanctum Domini atque Redemptoris nostri nomen spectat.

APPENDIX.

VS finita nō contracta, ab Os syllaba profecta corripuntur, vt: Pamphagus, Oribasius, polypus: quorum vltimum Aeoles per Os scribunt πολύπ^Ϟ, vnde à Latinis per Vs efferruntur, vltima breui.

Met. 3. Ouidius, Pamphagus, & Dorceus, & Oribasus, Arcades omnes.

In Epod. Hor. Polypus, an grauis hirsutis cubet hircus in alis.

DE SYLLABA COMMUNI.

Communis syllaba, vt suprā diximus, est, quæ modò breuis: modò longa apud poetas reperitur.

PRAECEPTVM I.

De syllaba communi.

ET diphthongus, & vocalis longa communes fiunt, cūm vocalem diuersæ dictionis præcedunt.

BREVES.

Lib. 3. Virg. Insula Ionio in magno: quas dira Celano.

Æn. 5. Idem, Victor apud rapidum Simoënta sub Ilio alta.

Ser. Sat. 9. Idē, Credimus? an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?

Eclog. 7. Hor. Si me amas, inquit, paulum hic ades: Inteream, si aut valeo stare, aut noui ciuilia iura.

Lib. 2. Propert. Tu quoq; ô Eurition vino Centaure peristi.

LON-

LIBER III.
LONGAE.

- Virgil. Ante tibi Eoæ Atlantides abscondantur. Georg. 1.
 Idem, Stant & iuniperi, & castaneæ hirsutæ. Eclog. 7.
 Idem, Lamentis gemituq; & fœmineo vlulatu
 Tecta fremunt. Æn. 4.
 Idem, Et succus pecori, & lac subducitur agnis. Eclog. 3.
 Iuuen. Quis cœlum terris non misceat, & mare cœlo, Sat. 2.
 Si fur displiceat Verri? homicidâ Miloni?
 Ouid. O ego quantum egi: quàm vasta potentia nostra Met. 2.
 est.

BREVES ET LONGAE
in eodem versu.

- Virgilius, Glauco, & Panopeæ, & Inoo Melicertæ Georg. 1.
 Idem, Ter sunt conati imponere Pelio ossam. Ibidem.

PRAECEPTVM II.

Monosyllaba breuia interdum à poëtis, *si in fine versus sunt breuia a natura
do a poetis
Graecorum
causa*
more Græcorum producuntur.

- Virg. Liminaq; laurusq; Dei, totusq; moueri. Æn. 3.
 Iuuenalis, Et animam, & mentem, cum qua dÿ nocte Sat. 6.
 loquuntur.

PRAECEPTVM III.

Syllaba breuis post quatuor primos pedes
 maximè secundum & tertium, relicta, nõ-
 nunquam à poëtis producitur.

SYLLABA BREVIS POST PRIMVM
pedem producta.

- Virg. Pectoribus inhians spirantia consulit exta. Æn. 4.
 Idem, Oratû? equidem & viuis concedere vellem. Æn. 11.
 Iuuen.

GRAMMAT. INSTIT.

- Sat. 6. Iuven. Quis nescit? aut quis non vidit vulnera pali?
 Lib. 6. Mart. Meq; sinus omnis, me manus omnis habet.

POST SECVNDVM.

- lib. 6. p. 10. post*
 Æn. 2. Virgil. Hic primùm ex alto delubri culmine telis.
 Nostrorum obruimur: oriturq; miserrima cades.
 Æn. 5. Idem, Emicat Euryalus, & munere victor amici.
 Æn. 10. Idem, Nam tibi Thymbre caput Euandrius abstulit
 ensis.
 Achil. 2. Stat. Nang; senex Thetidi Protheus prædixerat vda.
 Lib. 14. Mart. Det tunicam diues: ego te præcingere possum.
 Lib. 7. Idem, Maximus ille tuus. Ouid. Cæsonius hic est.

POST TERTIVM.

- et ad exiliandum. Postus*
 Æn. 5. Virg. Ostentans artem pariter, arcumq; sonantem.
 Æn. 3. Idem, Dona dehinc auro grauia, sectoq; elephanto
 Imperat ad naues ferri.
 Æn. 12. Idem, Congredior, fer sacra pater, & concipe fœdus.
 Achil. 2. Stat. Nequa det indignos Thetidi captiua nepotes.

POST QVARTVM.

- Æn. 10. Virgilius, Graius homo infectos linquens profugus
 Hymeneos.
 Eclog. 6. Idem, ille latus niueum molli fultus hyacintho.
 Georg. 2. Idem, Muneribus, tibi pampineo grauidus Autumnus.

ADMONITIO.

*ut scribamus yechi
 in hunc ut gram
 illi nos orate*
 His tribus præceptionibus nõ in suis componendis, sed metiendis veterum poëtarum carminibus vtentur tyrones.

PRAECEPTVM IV.

Vocalis breuis ante mutam & liquidam eius-

LIBER III.

eiusdem dictionis, vt supra dictum est, communis est in carmine, quamuis in soluta oratione semper corripitur, vt Atlas, volucris, Cleopatra, Patroclus, lugubris, funebris.

Oui. Tēp' acla veniet, tua quo spoliabitur auro. Arbor Met. 4.

Virgilius. — citharā crinitus Iōpas Æn. 1.

Personat auratā, docuit qua maximus Atlas.

Idem, Cū tacet omnis āger pecudes, pictaq; volucres. Æn. 4.

Idem, Assuetaripis volucres, & fluminis aluco. Æn. 7.

APPENDIX.

Syllaba natura lōga nunquam corripitur,

Setiam si muta cum liquida sequatur, vt Atrium, volutabrum, inuolucrum, salubris, & reliqua generis eiusdem.

PRAECEPTVM V.

Vltima syllaba versus, communis est: Si quidem brevis pro longa ponitur.

Virg. Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat aquor. Æn. 1.

Idem, Nate patrū summi, qui tela Typhoëa temnis. Ibidem.

Sextus enim pes spondeus est, qui ex duabus longis constat.

Aut contrā longa pro breui.

Martialis, Nobis non licet esse tam disertis, Qui Musas colimus seueriores. Lib. 9.

Vltimus nanq; pes choreus est, qui ex longa constat & breui.

DE NECESSITATE METRICA.

Ex necessitasque metri cogit poetas, breues aliquando producere, velut cū sunt

D tres

GRAMMAT. INSTIT.

tres breues continuæ in carmine Heroico, quod in Italia, Priamide, Arabia, alijsque id genus usu venit.

Æn. 3.

Virgilius. Ibitis Italiam, portusque intrare licebit.

Æn. 6.

Idem, Atque hic Priamidem laniatum corpore toto Deiphobum vidit.

Propert. Et domus intacta te tremuit Arabia.

*Genit a verbo
co-
cum desin-*

Aut contra longas corripere, ut cum brevis inter duas longas est.

Sat. 2.

Iuven. Fugerunt trepidi vera ac manifesta canentem Stoicida.

Stoicidæ dixit penultima breui necessitate metri constrictus, neque enim hexametrum carmen Creticum recipit, qui ex longa, breui, & longa constat.

DE LICENTIA POETICA.

POetæ, quibus semper potestas fuit, ut inquit Horatius, quidlibet audendi, nulla coacti necessitate, syllabis interdum pro suo iure abutuntur. Tulerunt enim, Dederunt, & nonnulla alia eiusdem generis penultimâ correptâ efferunt.

Eclog. 4.

Virg. Matri longa decem tulerunt fastidia menses.

Epist. 1.

Horat. Dij tibi diuitias dederunt, artemque fruendi.

DE PEDIBVS.

QVoniam de syllabis tum breuibus, tum longis, tum communibus dictum est, superest ut & de pedibus, qui ex ipsis syllabis, & de Versu, qui ex pedibus constat, breuiter dicamus.

QV ID

LIBER III.

QVID SIT PES.

PEs est pars versus certo syllabarum numero atq; ordine definita.

Pedes duarum Syllabarum.

Spondeus constat ex duabus syllabis longis, ut *Possunt, omnes.*

Pyrrhichius ex duabus breuibus, ut *Furor, Ruit.*

Choreus, seu, ut alij vocant, **Trochæus**, ex longa & breui, ut *Arma, Vincor.*

Iambus ex breui & longa, ut *Viros, Rogas.*

Pedes trium Syllabarum.

Molossus ex tribus longis, ut *Aneas, contendunt.*

Trochæus, siue **Tribrachys** ex tribus breuibus, ut *Facere, Tumidus.*

Dactylus ex longa & duabus breuibus, ut *Corpora, Traximus.*

Anapestus ex duabus breuibus & longa, ut *Animos, Capiunt.*

Bacchius ex breui, & duabus longis, ut *Dolores, Parabant.*

Antibacchius ex duabus longis, & breui, ut *Audisse, Maturus.*

Creticus seu **Amphimacer** ex longa, breui, & longa, ut *Maximos, Audiunt.*

Amphibrachys ex breui, longa, & breui, ut *Cadebat, Poëma.*

Grammatica
GRAMMAT. INSTIT.

526
Pedes quatuor Syllabarum ex superiori-
bus compositi.

Dispondeus constat ex duobus spondeis,
vt Oratores.

Proceleusmaticus ex duobus Pyrrhichijs,
vt Abiete.

Dichoreus ex duobus choreis, vt Dimicare.

Dijambus ex duobus iambis, vt Propinquitas.

Choriambus ex Choreo & Iambo, vt No-
bilitas.

Antipastus ex Iambo, & Choreo, vt Recu-
sare.

Ionicus à maiore ex Spondeo, & Pyrrhichio,
vt Calcaribus, Cantabimus.

Ionicus à minore ex Pyrrhichio & Spon-
deo, vt Diomedes, Lacedamon. *Ex spondeo*

ex 4 syll. breuibus P A E O N E S.

PAEONES quatuor sunt, omnes ex tribus
breuibus, & vna longa constant, hac lege,
vt primus primam habeat longam, secundus
secundam, tertius tertiam, quartus quartam.

Pæon I. ex Choreo & Pyrrhichio, vt Aspi-
cite, Temporibus. *1 Longa & 3 breues*

Pæon II. ex Iambo & Pyrrhichio, vt Po-
tentia, Docebimus. *2 longa & 2 breues*

Pæon III. ex Pyrrhichio & Choreo, vt A-
nimatus, Moriamur. *2 longa*

Pæon IIII. ex Pyrrhichio & Iambo, vt Ca-
lamitas, Obierunt. *2 longa*

LIBER III.

EPITRITI, SEU HIPPII TOTI
dem sunt, sed superioribus
contrarij.

Epitritus I. ex Iambo & Spondeo, vt *Re-
pentino, Repugnarunt.*

Epitritus II. ex Choreo & Spondeo, vt
Conditores, Comprobârunt.

Epitritus III. ex Spondeo & Iambo, vt
Discordia, Clamaueras.

Epitritus IIII. ex Spondeo & Choreo, vt
Fortunatus, Pugnabamus.

PEDES QVINQVE
syllabarum.

Qvinque syllabarum pedes inusitati sunt
præter Dochimum, oratoriæ composi-
tioni maximè appositum: constat ex Iambo
& Cretico, vt *Reipublicæ, perhorrescerent.*

DE VERSV.

Versus est oratio certo genere, numero
atque ordine pedum alligata.

CARMEN HEXAMETRV M
sive Heroicum.

Hexametrum carmen constat sex pedi-
bus, quorū quintus dactylus est, sextus
spondeus, reliqui dactyli, vel spondei.

Verg. Vrbs antiqua ruit multos dominata per annos. Æn. 2.

APPENDIX.

Quintus pes nonnunquam spondeus est:
D 3 vnde

GRAMMAT. INSTIT.

vnde versus spondaicus appellatur, quo vel rei alicuius grauitas & amplitudo, vel ingens mœror, animiq; angor, vel aliud declaratur.

Eclog. 4. *Virgilius, Cara Deûm soboles, magnum Iouis incrementum.*

Æn. 2. *Idem, Constitit, atque oculis Phrygia agmina circumspexit.*

PENTAMETRUM

Carmen.

Pentametrum carmen, quod ferè hexametrum comitatur, quinque pedes habet, quorum duo primi dactyli vel spondei, pro cuiusque arbitrio sunt, adiunctâ syllabâ longâ, quæ cæsura, vel semipes dicitur: cæteri perpetuò sunt dactyli, quibus semipes itidè adiungitur, vt ex vtroq; semipede quintus pes fiat: vel tertio loco est spondeus, qui alterius verbi fine, alterius initio constat, deinde duo anapæsti.

De Pont. 4. *Ouidius, Omnia sunt hominum tenui pendenti filo, Et subito casu quæ valere ruunt.*

SENARIUS IAMBICUS, SIVE
Trimeter Iambicus Acatalectus.

Senarius iambicus cum purus est & integer, omnibus in locis Iambos habet.

Epod. *Horat. Beatus ille, qui procul negotijs.* Omnes sex pedes Iambi sunt, totidem enim pedes Senarius admittit, vnde & nomen inuenit. Verum

In Arte. *Tardior vt paulò, grauiorq; veniret ad aures, vt Horatius*

LIBER III.

ratius ait, primo, tertio, & quinto loco spon-
deum, dactylum & Anapæstum recipit. Om-
nibus etiam locis, præterquam sexto Tribra-
chym potest recipere.

Horat. Pavidumq; leporem, & aduenā laqueo gruem Ibidem.
Iucunda captat præmia.

DIMETRVM IAMBICVM
Acatalectum.

Dimetrum Iambicū quatuor recipit pe-
des, secundo & quarto loco Iambos: pri-
mo & tertio Iambum, spondeum, dactylum,
anapæstum: potest etiam in omnibus, præter
quartum, Tribrachym admittere.

Horatius, Has inter epulas vt iuuat pastas oues Epod.
Videre properantes domum.

Subscribitur hic versus interdum elegan-
ter Senario Iambico.

Martialis, Vir Celtiberis non tacende gentibus, Lib. I.
Nostræq; laus Hispania.

Choliambus Scazon, siue Choliambus.

Scazon semper quinto loco habet Iambum,
sexto verò Spondeum: cæteris omnibus
cum Senario Iambico consentit.

Mart. Extemporalis factus est meus Rhetor. Lib. 5.
Calphurnium non scripsit, & salutauit.

ANAPÆSTICVM DIMETRVM
Acatalectum Acatalectum.

Anapesticum carmen, quo frequenter in
D 4 cho-

GRAMMAT. INSTIT.

choris utitur Seneca, constat quatuor pedibus, qui præcipuè sunt Anapæsti, permixtis dactylis, vel spondeis.

Hercul.
Furent.

*Senec. Lugeat æther, magnusq; parens
Ætheris alti, tellusq; ferax,
Et vaga ponti mobilis unda*

APPENDIX.

Secundus pes dictionem terminat, qui frequentissimè est spondeus.

GLYCONIVM.

GLyconium carmen constat spondeo, & duobus dactylis, quo Seneca interdum choros scribit.

Thyest.

*Tandem regia nobilis
Antiqui genus Inachi
Fratrum composuit minas.*

ASCLEPIADEVM.

Asclepiadeum carmen constat spondeo, duobus choriambis, & Pyrrhichio; vel spondeo, dactylo, & syllabâ longâ: deinde duobus dactylis.

Carm. 1.

Horat. Mæcenæ atavis edite regibus.

PHALEVCIVM.

Phaleucium carmen quinque pedibus constat, spondeo, dactylo, deinde tribus choriambis.

Lib. 7.

Martial. Commendo tibi Quintiane nostros,

Nostros.

LIBER III.

Nostros dicere si tamen libellos
Possum, quos recitat tuus poëta.



SAPPHICVM CARMEN. *Sappho puella*

Versus Sapphicus quinque pedes hoc ordine admittit, Choreum, Spondeum, Dactylum, deinde duos choreos: tertio cuique carmini ferè neçtitur Adonius, qui ex dactylo & spondeo constat.

non est hinc iudicium
Horat. Integer vitæ, scelerisq; purus.

Carm. 1.

Non eget Mauri, iaculis, nec arcu,

Nec venenatis gravidâ sagittis,

Fusce, pharetrâ:

Siue per Syrtis iter astuosas, *in dym mariis*

Siue facturus per inhospitalem

mons Caucasum, vel quæ loca fabulosus

circum lambit Hydaspes. *fluvij nuda*

DE CARMINVM DIMENSIONE.

Versus metimur pedibus, quibus metendis non parum prodest Syllabæ cõmunis, Necessitatis metricæ, Licentiæ poëticæ, Figurarumq; cognitio.

EPISYNALOEPE.

Compositio Episynalœphe, quæ & Synecphonesis & Syneresis appellatur: est syllaba vna ex duabus facta: quod fit cùm duæ vocales in vnam contrahuntur, vt: *Aluearia, eadem, alueo, eodem, eosdem, aureis, arei, denarijs.*

Virgilius, Seu lento fuerint aluearia vimine texta.

Georg. 4.

Idem, Vnâ eademq; vâ sanguis animusq; sequuntur. *Æn. 10.*

D S

E, &

GRAMMAT. INSTIT.

E, & A, in vnam syllabam contrahuntur.

Æn. 7.

Idem, *Assuetæ ripis volucres & fluminis alueo.*

Æn. 12.

Idem, *Vno eodemq; tulit partu, paribusq; reuinxit serpentem spiris.*

E, & O, vocales in vnam coalescunt.

Æn. 1.

Idem, *Atria: dependent lychni laquearibus aureis.*

Æn. 12.

Idem, *Pectora: nec misero clypei mora profuit ærei.*

E, & I, in vnam syllabam coeunt.

Lib. 9.

*Martialis, Denarijs tribus inuitas: & mane togatum
Obseruare iubes atria, Basse tua.*

Duplex ij, in vnum contractum est.

Idem accidit genitiuis Oilei, Achillei. Vlyssiei, & datiuus, ablatiuusque Tereo, Typhoeo, & similibus, interdum & accusatiuo Typhoea.

Æn. 1.

Virgil. Vnius ob noxam, & furias Aiakis Oilei.

Æn. 3.

Idem, *Littora Achamenides, comes infelicis Vlyssiei.*

Æn. 9.

Idem, *In arime Iouis imperijs imposta Typhoeo.*

Ouidius, Degeneras, scelus & pietas in coniuge Tereo.

Met. 6.

Idem, *Nec quo centimanum deiecerit igne Typhoea,*

Met. 3.

Nunc armatur eo.

In primis E, & I: in secundis E, & O: in ultimo E, & A, in vnam syllabam coalescunt.

In superiorum cōtractione, delectu & auctoritate opus est: at horum Cui, huic, dij, dijs, ij, ijdem, ijs, ijsdem, vsq; adeo, omnibus vti licet. Item aduerbiorū Deinde, dein, deinceps, dehinc, & verbi Deest, deerat, deerant, deerit, deerunt: deesse, & eorum, quæ ex Semi, componuntur, vt *Semianimis, Semihomo.*

Ouid.

LIBER III.

- Ouid. Iuncta palus huic est densis obsessa salictis. Met. II.
 Lucan. Sed venient maiora metu: diu vota secundent. Lib. I.
 Idem, Idem, cum fortes animos precepta subissent,
 Optauere diem. Lib. 4.
 Idem, Vsq; adeo miserum est civili viuere bello? Lib. I.
 Stat. Dehinc sociare choros, castisq; accedere sacris Achil. I.
 Hortantur.
 Idem, Non vlli comitum sceleris presagia deerant. Lib. 8.
 Mart. Sint Mecænes, nō deerunt, Flacce, Marones. Lib. 8.
 Lucan. Semianimes alij vastum subiere profundum. Lib. 3.
 Virg. Semianimis Caci: facies quam dira tegebat. Lib. 8.
 Huc etiam spectat Anteambulo, antehac,
 Anteit, & si qua præterea sunt.
 Mart. Sū comes ipse tuus, tumidiq; anteambulo regis. Lib. 2.
 Luc. Plurimaq; humanis antehac incognita mensis. Lib. 6.
 Virg. Qui candore niues anteirent, cursibus auras. Æn. 12.

SYNALOEPE.

Synalœphe est cum vocalis, aut diphthongo præcedētis dictionis à sequenti excipitur, & quodam modo absorbetur.

- Virgil. Atq; ea diuersâ penitus dum parte geruntur. Æn. 9.
 Idem, Conticuere omnes intentiq; ora tenebant Æn. 2.
 Idem, — clamorem ad sidera tollunt Æn. 10.
 Dardanida è muris: spes addita suscitât iras.

EXCEPTIO.

○ & Heu sequenti vocali aut diphthongo, integra manent.

- Virg. O pater, ô hominum, Diuumq; æterna potestas. Æn. 10.
 Status, Heu vbi siderei vultus? vbi verba ligatis
 Imperfecta sonis? Theb. 5.

GRAMMAT. INSTIT.

APPENDIX I.

- I**Nterdum nec vocalis, nec diphthongus, ut
suprà diximus, à sequēti vocali excipitur.
- Georg. 1. *Virgil. Glauco, & Panopea, & Inoo Melicerta.*
Æn. 1. *Idem, Posthabita coluisse Samo, hinc illius arma.*

Id quod multo rarius accidit, si vocalis
breuis sit:

- Æn. 1. *Idem, Et vera incessa patuit Dea: ille ubi matrem.*

APPENDIX II.

- S**ynalæphe non solùm in eodem carmine,
sed in diuersis locum habet.

- Georg. 1. *Idem, Et spumas miscent argenti, viuaq; sulphura,
Ideasq; pices.*
Georg. 2. *Virgil. Inseritur vero ex fœtu nucis arbutus horrida.
Et sterilos platani malos gessere valentes.*
Æn. 1. *Idem, — quibus orbis in oris
Iactemur doceas, ignari hominumq; locorumq;
Erramus.*

In his atque similibus locis vltima vocalis
præcedentis versus excipitur, atque absorbe-
tur à prima sequentis.

E C T H L I P S I S.

- E**Cthlipsis est cùm M, litera simul cum vo-
cali eliditur, propter sequentē vocalem.
- Æn. 3. *Virgil. It aliam, It aliam primus conclamat Achates.*
Sat. 1. *Persius, O curas hominū, o quātum est in rebus inane?*

APPENDIX I.

- P**Risci M, literam cum vocali correpta ser-
uabant.

Lucre-

LIBER III.

glueral
Lucretius, Nam si tantundem est in lana glomere, Lib. 1.
quantum

Corporum in plumbo est, tantundem pendere par est.
Corporum, dactylus est.

Ennius, Insignita ferè tum millia militum octo. Annal. 10.

APPENDIX II.

ECthlipsis etiam in diuersis carminibus
locum habet.

Virg. Iamq³ iter emensi turres ac tecta Latinorum Æn. 7.
Ardua cernebant iuuenes, murosq³ subibant

Idem, Aut dulces musti Vulcani decoquit humorem, Georg. 1.
Et folijs vndam tepidi despumat abeni.

APPENDIX III.

PRisci poetæ, s, literam passim elidebant:
quod si deinde concurrerent vocales,
prior à posteriore per Synalœpham excipie-
batur.

Ennius, Doctus, fidelis suavis homo, facundus, suoq³ Annal. 7.
Contentus, atq³ beatus, scitus, secunda loquens in
Tempore, commodus, & verborum vir paucorum.

Doctu'fi:cundu'su, dactyli sunt, in secun-
do versu ex primo verbo extèritur, s, deinde
fit synalœpha sic, Content'atque be. Rarissi-
mè apud posteros videas hanc literam extri-
tam:

Cicero, Delphinus iacet haud nimio lustratus nitore. In Arat.

Alcinous, Longè erit à primo quisquis secundus erit.

Lustratus, & Quisquis, s, amittunt.

Diere-

GRAMMAT. INSTIT.

Dieresis vel Dialysis.

- D**ieresis est cum syllaba una in duas diuiditur, ut Aurai trissyllabum, pro Auræ dissyllabo, *siluæ, euoluam, euoluisse, dissoluo, heu per solüendus. suavis, iam apud comicos dissyllabum.*
- Æn. 6. Virgilius, *Æthereum sensum, atque auræ simplicis ignem.*
- In Epod. Horatius, *Nuesq; deducunt Iouem, Nunc mare, nunc siluæ.*
- Ad Orat. Catullus, *Conditæ quin veri pectoris euoluam.*
- In Epist. Ouidius, *Debuerant fusos euoluisse suos.*
Catullus, *Pristina vota nouo munere dissolui.*
- Ad Liuiam Ouid. *Vita data est utenda, data est sine fœnore nobis Mutua, nec certa persolüenda die.*
- Lib. 8. Martial. *Heu quam bene nunc Papyriane.*
- De Liuore. Virgilius, *Non lux, non cibus est suavis illi.*

SYSTOLE.

- Systole est cum syllaba natura longa corripitur.
- Æn. 1. Virg. *Cum subito assurgens fluctu nimbosus Orion.*
- Æn. 6. Idem, *Illæ autem paribus, quas fulgere cernis in armis.*
- Æn. 8. Idem, *totumq; instructo Marte videres*
Feruere Leucaten, auroq; effulgere fluctus.
- Lib. 8. Silius, *Terruerunt pauidos accensa Ceraunia nautas.*
Aut positione longa, sed alterâ consonante extritâ, ut Obicis pro Obijcis, abici pro abijci.
- Lib. 8. Lucanus, *Cur obicis magno tumulum, manesq; vagantes.*
- De Pont. 2. Ouidius, *Turpe putas abici, quod sim miserandus amicis.*

ECTA

LIBER III.

ECTASIS SIVE DIASTOLE.

ECtalis est cum syllaba natura brevis simpliciter producitur.

Virgilius, Italiam fato profugus, Lauinaq; venit
Littora.

Æn. 1.

Statius,

seu castra subire
Apparet: aut celsum crebris arietibus urbis
Inclinare latus.

Theb. 2.

Aut cum eadem consonans geminatur: ut

Relligio, reliquix, repperit, rettulit, reppulit.

Virg. Relligione patrum multos seruat a per annos. Æn. 8.

Idem, Troas Reliquias Danaum, atq; immitis Achillei. Æn. 1.

Idem, Vir bonus & sapiens: quale vix repperit vnum. Epist. 2.

Horat. Rettulit acceptos, regale numisma, Philippos. Lib. 1.

Luc. Reppulit à Libycis immensum Syrtibus aquor.

Aut I, & V, vocales in consonantes mutantur.

Virgilius,

cuius apertum
Aduersi longa transuerberat abiete pectus.

Æn. 11.

Idem, Mœnia, quiq; imos pulsabant ariete muros.

Æn. 12.

Idem, Abietibus iuuenes patrijs, & montibus equos.

Æn. 9.

Idem, Herent parietibus scala, postesq; sub ipsos.

Æn. 2.

Silius, Arietat in primos, obicit immania membra.

Lib. 4.

In his & similibus locis I, vocalis fit consonans: itaq; Abiete, ariete dactyli sunt.

Idem, Tenuia nec lana per cœlum veller a ferri.

Georg. 1.

Idē, Genua labāt, vastos quatit ager anhelitus artus.

Æn. 5.

In his V, vocalis in consonantem migrat: quare Tenuia Dactylus est, idem Genua.

Hæc

GRAMMAT. INSTIT.

Hæc est Probi sententia: sunt qui existiment esse Proceleusmaticum. Neq; mirari debes, si vocales mutantur in cōsonantes: cū eadem literæ consonantes interdum in vocales vertantur, vt *dissolūo* pro *dissoluo*, & cæteræ quæ per diæresim in duas syllabas diuiduntur.

DE CÆSVRA.

SI Pedes, maxime versus Heroici è singulis verbis constent, ineptum & insulsum fit carmen, vt:

Aurea scribis carmina Iuli maxime vatū:

Contrà si verba concidantur, ita vt mutuo amplexu pedes alij ex alijs pēdeant, pulcherrimus efficitur versus.

Æn. 1. Virg. Semper honos, nomenq; tuum, laudesq; manebunt.

Ibidem. Idem, Non ignara mali miseris succurrere disco.

Ibidem. Idem, Iustitiaq; dedigentes frangere superbas.

Æn. 6. ^{tuba canere} Idem, Aere ciere viros, martemq; accendere cantū.

Syllaba, quæ ex dictione cæditur, ac post quemuis pedem relinquitur, vulgò cæsuræ dicitur: cuius tanta est vis, vt eius beneficio breuis syllaba producat: est enim quoddam in ipsa diuisione verborum latens tempus, nam dum moramur, atq; ad alias transimus, intervalum vnum spatiumq; lucratur.

Æn. 4. Virg. Pectoribus inhians spirantia consulit exta.

Æn. 5. Idem, Emitat Euryalus, & munere victor amici.

Æn. 10. Idem, Vnâ eademq; viâ sanguis, animusq; sequuntur.
idem,

LIBER III.

Idem, Graius homo infectos linguens profugus Hy- Ibidem.
men eos.

Vides vt syllabæ natura breues post pri-
mum, secundum, tertium, & quartum pedem
producantur? id beneficium cęsurę acceptum
referunt.

APPENDIX.

A Napęstici versus optimi putantur, si pe-
des singuli è singulis fiant verbis.

Seneca, Tertia misit buccina signum.

Idem, Nondum sera nuntius hora.

Idem, Curuo breuius limite currens.

Thyest.

Ibidem.

Ibidem.

Qui tamen perpauci sunt, si cum alijs con-
ferantur.

Idem, Pectora longis hebet at a malis

Iam sollicitas ponite curas:

Fugiat męror, fugiat q₃ pauor.

Ibidem.

Nete illud prætereat, Anapęsticum ver-
sum nonnunquam pedem Anapęstum habe-
re nullum, id quod primi duo versiculi aper-
tę docent.

DE PENTHEMIMERI.

Hepthemimeri, &c.

VEteres Grammatici versum Heroicum
in quatuor partes secant, quas sectiones
sue cęsuras appellant, Pęthemimerim, Tro-
chaicam, Hepthemimerim, Bucolicam siue
Tetrapodiam.

Penthemimeris Latine semiquinaria con-
stat ex duobus pedibus, & ex syllaba, quę di-
ctionem claudat, vt:

E

Virgi-

GRAMMAT. INSTIT.

Æn. 8. *Virgilius, Vt belli signum.*

Æn. 10. *Idem, Panditur interea.*

Æn. 12. *Idem, Turnus vt infractos.*

Trochaica post duos pedes habet duas syllabas longam & breuem, siue trochæum, qui dictionem terminet, vt:

Æclog. 4. *Virgilius, Non omnes arbusta.*

Achil. 2. *Idem, Infandum Regina*

Æn. 12. *Idem, Excutiens ceruice.*

Hepthemimeris Latinè semiseptenaria, continet tres pedes, & syllabam, quæ dictionem finiat:

Æn. 1. *Virgilius, Talibus Ilioneus: cuncti*

Ibidem. *Idem, Multa super Priamo rogitans,*

Ibidem. *Idem, Terram inter fluctus aperit.*

Bucolica seu Tetrapodia fit si semiseptenariæ duas breues adiunxeris, vt:

Talibus Ilioneus, cuncti simul

& Multa super Priamo rogitans, super.

& Terram inter fluctus aperit: furit.

Hanc tamen postremam aiunt propriam esse Bucolici carminis, qua Theocritus plurimum est vsus.

APPENDIX.

Versus, qui Heroico nomine digni censentur, modò cæsuram vnam habent, vt:

Vt belli signum Laurenti Turnus ab arce.

Panditur interea domus omnipotentis Olympi.

Turnus vt infractos aduerso Marte Latinos.

Omnes solam femiquinariam habent: Modò duas, vt:

Blom

LIBER III.

Non omnes arbusa iuuant, humilesq; myrica.

Infandum Regina iubet renouare dolorem.

Excutiens ceruice toros, fixumq; latronis, &c.

Omnes Trochaicâ, & semiseptenariâ cōstant.

Modò tres, vt:

Talibus Ilioneus, cuncti simul ore fremebant.

Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa.

Terram inter fluctus aperit: furit aestus arenis.

Omnes & sequinariam, & semiseptenariam
& Bucolicam habent.

DE VERBIS

POETICIS.

Verborum licetiâ liberiores multo sunt poëtæ, quàm oratores, quibus assidue, accurateq; legendis non solum verba, sed etiam cetera ornamenta ijs, qui poëticæ studio tenentur, diligentissimè sunt obseruanda.

DE PATRONYMICIS

Nominibus.

Propria eorum sunt, quæ Grammaticis Patronymica vocantur, quòd à patrum maiorumq; nominibus facta filium, aut filiam, nepotem, aut neptem, aut ex posteris aliquem significant. Hæc ferè à Græcis nominibus fiunt, atq; vel in Des, vel As, vel Is, vel Ne exeunt, quorum prima masculina sunt, & primæ declinationis, vt Pelides, Achilles Pelei filius.

GRAMMAT. INSTIT.

- In Epist. Ouid. Pelides utinam vitasset Apollinis arcus.
 AEACIDES, Achilles AEACI nepos.
- Æn. I. Virg. Sæuis ubi AEACIDA telo iacet Hector, ubi ingens
 Sarpedon.
 AEACIDES, Pyrrhus pronepos AEACI:
 Æn. 3. Idem, Coniugio AEACIDE Pyrrhi, sceptrisq; potitum.
 AEACIDES, Pyrrhus Epirotarum rex ab Aeaco
 originem trahens.
- Æn. 6. Idem, Eruct ille Argos, Agamemnoniasq; Mycenas,
 Ipsumq; AEACIDEM genus armipotentis Achillei.
 Cetera fœminina sunt & declinationis ter-
 tiæ, exceptis ultimis, quæ secundæ sunt Græ-
 corum, ut Thestias, Althæa Thestij filia.
- Met. 8. Ouidius, Thestias haud aliter dubijs affectibus errat.
 Thaumantias, Iris Thaumantis filia.
- Æn. 9. Virg. Ad quem sic roseo Thaumantias ore locuta est.
 AEOLIS, Alcyone AEOLI filia.
- Met. II. Ouid. ÆOLIS intereat antorum ignara malorum.
 Atlantis Atlantidis, Electra Atlantis filia.
- Æn. 8. Virg. Dardanus Iliacæ primus pater urbis, & autor,
 Electra, ut Graij perhibent, Atlantide cretus.
 Nerine Nerines, Galatea filia Nerci,
 Idem, Nerine Galatea, &c.

APPENDIX I.

PATRONYMICA non solum à patribus, auis,
 proavis, abavis, aravis, tritavis, alijsq; ma-
 ioribus deducuntur, sed etiam à matribus, ut
 Iliades, Romulus ab Ilia: Philyrides, Chiron Centau-
 rus à Philyra: Latôis, Idis vel idos, Diana à λητώ, hoc
 est Latona.

Ovi-

LIBER III.

Ovidius, Inuadunt, portasq; petunt, quas obice firmo Meta. 14.
Clauferat Iliades.

Idem, Philyrides puerum cithara perfecit Achillem. Met. 7.

Idem, Præteritas cessasse ferunt Latoidos aras.

Idem à fratribus, vt Phorōnis, Io, seu Isis, Phoronei soror. Phaetontias, soror Phaetontis.

Idem, Nec superum rector mala tanta Phoronidos Met. 1.
vltra Ferre potest.

Virgilius, Tum Phaetontiadas musco circumdat amara Eclog. 6.
ræ Corticis.

A regibus præterea & conditoribus, vt:

Romulida, Romani à Romulo: Dardanida, Troiani à

Dardano: Aneada ab Anea: Cecropida, Athenenses à Cecrope: ydem Thesida à Theseo.

Persius, ——— inter pocula querunt. Sat. 1.

Romulida saturi, quid diapoemat a narrent.

Virg. Dardanida magni genus alto à sanguine Diuum Æn. 5.

Idem, Aneada s; meo nomen de nomine fingo. Æn. 3.

Ovidius, Phocus in interius spatium, pulchrosq; recessus Met. 7.

Cecropidas duxit.

Virgil. Præmiaq; ingentes pagos & compita circum Georg. 1.
Thesida posuere.

APPENDIX II.

Multa à regionibus, vrbibus, montibus, fontibus, fluuijs, alijsq; rebus fiunt, que formam quidem Patronymicam habent, re autem vera gentilia sunt, aut pro possessiuis, adiectiujsq; nominibus ponuntur, vt: Asis, Libystis, Italis, Ausonis, Sarmatis, Colchis, Sithonis, Thesialis, Sicelis, Sidonis, Ilias, Troas, Erymanthis, Manalis, Pieris, Tritonis, Pegasis, Phæbas.

GRAMMAT. INSTIT.

- Mct. 9. Ouidius, — celeri^q carina. *Venter maris*
Ægeas metiris aquas, & in Afide terra
Mœnia constituis.
- Lib. 7. Sil. Ad quem Cymodoce Nympharum maxima natus
Italidum.
- Æn. 5. Virgilius, — occurrit Acestes
Horridus in iaculis, & pelle Libystidis vrsa.
- Fast. 2. Ouid. Nomen Arionium Siculas impleuerat vrbes:
Capta^q erat lyricis Ausonis ora sonis.
- Trist. 1. Idem, Sarmatis est tellus, quam mea vela petunt.
- In Epist. Idem, Nec vehit Actæas Sithonis vnda rates.
- Æn. 2. Virgil. Interea ad templum non equæ Palladis ibant
Crinibus Iliades passis.
- Mct. 13. Ouidius, Troades exclamant: obmutuit ille dolore.
- Trist. 3. Idem, Cum^q truci Borea Manalis vrsa videt.
- In Epist. Idem, Pegasus Oenone Phrygijs celeberrima fyluis.
- Fast. 2. Idem, Vectam frænatis per inane draconibus Ægeus
Credulus immerita Phasida fouit ope.
- Lib. 3. Lucan. Limine terrifico metuens consistere Phœbas.

PATRONYMICA
 MASCVLINA QVO PACTO
 formentur.

PRAECEPTVM I.

NOmnia A, finita assumūt Des syllabam,
 vt Iliā, Iliades.

As, terminata assumunt De, syllabam ante
 s, vt Æneas, Æneades, Phæretias, Phæriades.

Mct. 1. Ouid. Cum^q Phæriade & Hyanteo Iolao.

LIBER III.

EXCEPTIO.

A finita aliquando ipsum A mutant in I,
vt *Philyra, Philyrides.*

Asterminata interdū I, ante A, Assumunt,
vt *Amyntas, Amyntiades, Philippus Amyntæ fi-*
lius.

Ouidius, Aut vt Amyntiaden, & cetera.

In Ibin,

AENEIDES, Iulus AENEÆ filius, fit à Græco
ἄνεϊας sublato A, AENEIADES, AENEIDES.

Virg. Atq; his ardentem dictis affatus Iulum:

Æn. 9.

Sit satis Aeneide, telis impune Numanum

Oppetuisse tuis.

PRAECEPTVM II.

Es finita mutant Es in ADES, vt Hippōtes,
Hippotades, Aeolus, Hippotæ filius.

Ouid. Clauserat Hippotades eterno carcere ventos. Met. 4.

EXCEPTIO.

HAEC sepe I, ante, A admittūt, vt *Anchises,*
Anchisiades, Laertes, Laertiades.

Virgilius, Aeneas Anchisiades, & fidus Achates.

Æn. 8.

Ouid. Saxa moues gemitu. Laertiadaq; precaror.

Met. 13.

PRAECEPTVM III.

Nomina secundæ declinationis Vs fini-
ta, in genitiuo assumunt Des syllabam
penultima breui, vt *Aecus, Aeci, Aecides,*
sic *Priamides, Aelides, Tantalides,* à Priamo, Ae-
lo, Tantalos.

Virg. Misenum Aeliden quo non praestantior alter. Æn. 6.

Qui, Priamidemq; Helenum raptam cū Pallade captū. Met. 13.

E 4 Idem,

GRAMMAT. INSTIT.

In Ibin.

Idem, Tantalides tu sis, tu Tereiq₃ puer.

EXCEPTIO I.

Nonnulla penultimam habent longam,
vt *Belides, Lycurgides, Amphiraidēs.*

Æn. 2.

*Virgilius, — si fortè tuas peruenit ad aures
Belidæ nomen Palamedis. —*

In Ibin.
Fast. 2.

*Ouid, Quiq₃ Lycurgiden lacerauit ab arbore natum.
Idem, Amphiaraidēs Naupacteo Acheloo
Solue nefas dixit, soluit & ille nefas.*

EXCEPTIO II.

Quæ à nominibus secundæ declinationis
fiunt, interdū etiam ante Des syllabam,
A, literam recipiunt, maximè quæ in Ius exe-
unt, vt *Battus Battiades, Asopus Asopiades Menatius
Menatiades, Thestius Thestiades, Nauplius Nauplia-
des*, hæc in Ius posterius I, genitiui mutant in
A, *Thestij Thestiades.*

In Ibin.

*Ouid, Nunc quo Battiades inimicum deuouet Ibin.
Hoc ego deuoueo teq₃ tuosq₃ modo.*

Met. 7.

Idem, Huic Asopiades petis irrita, dixit, & vrbi.

In Epist.

Idem, Siue Menatiaden falsis cecidisse sub armis.

Met. 8.

*Idem, — ne titulos intercipe fœmina nostros
Thestiada clamant.*

Met. 13.

*Idē, Sed neq₃ Naupliades facinus defendere tātum.
Iapetionides ab Iapeto pro Iapetides lon-
gius à norma recessit.*

Met. 4.

*Ouid, Hic hominum cunctis ingenti corpore prestans
Iapetionides Atlas fuit.*

PRAECEPTVM IV.

Genitiuus nominum in E V S, assumit
Des

LIBER III.

Des syllabā penultima longa: E enim & I, vocales in I, longum, vel ei diphthongum contrahuntur: vel a more Græcorum, ut à multis scribitur: ut *Atreus, Atrei, Atrides seu Atræides: sic Pelides, Alcides, Achilleides, Theſides, Tydides, & sexcenta aīa.*

Quid Conuocat Atrides socijs terrore pauentes.

Met. 13.

Virgil. Te precor Alcide cœptis ingentibus adsis.

Æn. 10.

Quid. Pyrrhus Achilleides animosus imagine patris.

In Epist.

APPENDIX.

Hæc rarius A, ante Des syllabam habent.

Virg. Panthus Otrides arcis, Phœbiq̄, sacerdos.

PRAECEPTUM V.

SINOMINA sint tertiæ declinationis Patronymica fiunt à datiuo addita Des syllaba, ut *Agenor, Agenori, Agenorides, Cadmus filius Agenoris: Thestorides, Calchas filius Thestoris: Actorides, Patroclus nepos Actoris: Aesonides, Iason filius Aesonis.*

Quid. Donec Agenorides coniectū in guttura ferrum.

Met. 3.

Idem, — at veri prouidus augur

Met. 12.

Thestorides, Vincemus ait.

Idem, Reppulit Actorides sub imagine tutus Achillis

Met. 13.

Troas ab arsuris cum defensore carinis.

Valerius Flaccus. Aduolat Aesonides, mortemq̄, cadentis acernat.

Lib. 6.

EXCEPTIO.

NOMINA As finita, quorum genitiuus exit in Antis, A literam ante Des, syllabam

E

5

petunt,

GRAMMAT. INSTIT.

petunt, vt; Abas, Abantis, Abanti, Abantiades: sic Atlantiades, Peantiades, Athamantiades, Dryantiades, & alia id genus.

Met. 5. Ouidius, Victor Abantiades patrios cum coniuge muros Intrat.

Met. 8. Idem, Venit Atlantiades positus caducifer alis.

Eodem ferè modo formantur quæ à nominibus in On fiunt, Telamon, Telamonis, Telamoni, Telemoniades: Amphitryoniades, Laomedontiades. A Scipione tamen non Scipioniades, sed Scipiades imminuto verbo nascitur.

Met. 13. Ouidius, Nec Telamoniades etiam nunc histere quicquam Audet.

Virgilius, Interea cum iam stabulis saturata moueret Amphitryoniades armenta.

Ibidem. Idem, Laomedontiaden Priamum Salamina petentem.

Georg. 2. Idem, — hac Decios, Marios, magnosq; Camillos, Scipiades duros bello, & te maxime Caesar.

Lib. 7. Siluius, Heu vbi nunc Gracchi? aut vbi nunc sunt fulmina gentis Scipiadae?

PATRONYMICA

FOEMININA VNDE

formantur.

PRAECEPTVM I.

Patronymica foeminina, quæ in as, & is, exeunt, fiunt à masculinis, De syllaba sublata, vt Thestiades, Thestias Thestiadis: Aetiades, Aetias: Thaumantiades, Thaumantias: Phaetodias.

LIBER III.

des, Phaetōtias: *Æolides, Æolis, Æolidis*: *Tantalides, Tantalus*: *Oebalides, Oebalis*: *Latoides, Latois*: *Dardanides, Dardanis, Dardanidis*: *Cecropides, Cecropis*: *Belides, Belis, Belidis*. Multa præterea sunt, quæ passim apud poetas leguntur.

Ovidius, — rapido fallax *Ætias* igni
Imponit purum laticem. Met. 7.

Idem, Talibus *Æolidis* dictis, lacrymisq; mouetur. Met. II.

Idem, Aut ego *Tantalida* *Tantalus* vxor ero. In Epist.

Idem, Assiduè repetunt, quas perdunt *Belides* vndas. Met. 4.

APPENDIX I.

QVædam tum in As, tum in is, exeunt, vt:

Ætias, & Ætis: *Atlantias, & Atlantis*: Val.

Fla. Nec me *Ætis* quin audiat opto. Lib. 7.

Idem, Ingens *Ætida* perculit horror. Lib. 6.

Virgil. Ante tibi *Eoa, Atlantides* abscondantur. Georg. I.

Silius, Vixq; *Atlantiadum* rubescerat ora sororum. Lib. 16.

APPENDIX II.

FOeminina, quæ à masculinis fiunt penultima longa, in Eis desinunt soluta diphthongo, atque E breui in longum verso, vt:

Æneides, Æneis, Æneidos, Achilleides, Achilleis, Achilleidos: *Thesides, Thesëis, Thesëidos*.

Ovid. Et tamen ille tuæ felix *Æneidos* autor.

Stat. Viue precor, nec tu diuinam *Æneide* tenta.

Iuuen. Semper ego auditor tantum? nunquam ne reponam *Vexatus* toties *rauci Thesëide* *Codri*.

EXCEPTIO.

Nonnunquam penultima manet breuis.

Ovid.

GRAMMAT. INSTIT.

De Pont. I. Ovi. Res quoque tanta fuit, quanto subsistere summo
Aeneidos vati grande fuisset opus.

PRAECEPTVM II.

NE, finita à genitiuo fiunt addita Ne syllaba penultima longa, vt *Neptunus Neptuni Neptunine: sic Adrastine, Nerine* à genitiuis *Adrasti, Nerei, E, & I,* mutatis in I, longum. Quod si primigenium I, ante Os habeat, mutabitur Os, in One, penultima producta, vt *Acrisios* & *ακρισιώνη Acrisione, Danae Acrisij filia.*

Argon.

Catul. Tene Thetis genuit pulcherrima Neptunine?

APPENDIX.

AMuliebri Acrisione finxit Ouidius virile Acrisioniades.

Met. 3.

Vertit in hunc harpen ^{curvo gladius} madefactam cœde Medusa
Acrisioniades, adigit q̄ in pectus: at ille, &c.

DE METAPLASMO.

Proprium itidem poëtarū est verbis, quibus oratores vtuntur, aliquid interdum addere, vel detrahere: nonnunquam literas alias alijs permutare: aliquādo è proprio loco in alienum transferre: quod quidem cū in soluta oratione vitium sit, Barbarismusq; nominetur, in carmine tamen nō Barbarismus, sed Metaplasmus appellatur: datur enim venia poëtis, quia plerunq; coguntur metro feruire. Metaplasmus verò dicitur, quod ^{quum} vetus verborū forma, vel necessitate metri, vel ornan-

αγοτοπλασμι
Deus of fapna ad
αγοτοπλασμι
Adam

LIBER III.

nandi poematis causa à poëtis in nouam figuram, faciemq; sermonis mutetur.

PROTHESIS, Πρόθεσις.

Litera, vel syllaba principio dictionis addita, vocatur Prothesis, vt Gnatus pro natus: Tetulifsem pro tulifsem.

Terent. *Eo pacto & gnati vitam, & consilium meum* Andr.
Cognosces.

Idem, *Nam pol si id siissem, nunquam huc tetulifsem* Ibidem.
pedem.

EPENTHESIS, ἐπέθεσις. ἐπιεικτικῶν interpono

Epenthesis est cum medio dictionis litera, aut syllaba interijcitur, vt Reliquias pro reliquias: Mauors pro Mars: nauita pro nauta.

Virg. *Troas reliquias Danaum, atq; immittis Achillei* Æn. 1.

Idem, *Fecerat & viridi foetam Mauortis in antro* Æn. 8.
Procubuisse lupam.

Ouidius, *Quid tibi cum gladio? dubiam rege nauita* Fast. 2.
puppim.

PARAGOGE παραγωγή SEV PRO-
paralepsis προπαράληψις.

Paragoge, seu Proparalepsis dicitur cum extremæ syllabæ aliquid adiungitur, vt: Deludier pro delūdi: Admittier pro admitti.

Terentius, *Vbiuis, facilius passus sim, quam in hac re* Andr.
me deludier,

Virgilius, — *tum Nisus & vnâ*
Euryalus confestim alacres admittier orant. Æn. 9.

APHAE-

GRAMMAT. INSTIT.

APHAERESIS, ἀφαιρέσις.

Litera, vel syllaba principio dictionis sub-
tracta Aphæresis appellatur, vt: Ruo pro
eruo: Temno pro contemno.

Æn. 12. Virgilius, — dabit ille ruinas *caedit*
Arboribus, stragemq; satis, ruet omnia late.

συνκοπή SYNCOPE, συγκοπή,

Syncope literam, vel syllabam è medio di-
ctionis subtrahit, vt Gubernaclo, pro guber-
naculo: periclis, pro periculis: vixet, pro vixif-
set, extinxem, pro extinxissem.

Æn. 5. Virgil. Cumq; gubernaclo liquidas proiecit in vndas
Præcipitem.

Æn. 3. Idem, — hic me pater optime fessum
Deseris, heu tantis ne quicquam erepte periculis.

Æn. 1. Idem, Vixet, cui vitam Deus, aut sua dextra dedisset.

Æn. 4. Idem, — gnatumq; patremq;
Cum genere extinxem, memet super ipsa dedissem.

APOCOPE, ἀποκοπή.

Apocope fini dictionis aliquid detrahitur,
vt Tuguri, pro tugurij: Oti' pro otij.

Eclog. 1. Virg. Pauperis & tuguri' congestum cespit e culmen:

Georg. 4. Idem, Illo Virgilium me tempore dulcis alebat.

Æn. 5. Parthenope, studijs florentem ignobilis oti'.

ANTITHESIS, ἀντίθεσις.

Antithesis est literæ commutatio, vt Olli
pro illi.

Virgil. Olli cæruleus supra caput astitit imber.

ME

LIBER III.

METATHESIS, μεταθεσις.

Metathesis est literarum ordo immutatus, vt *Thymbre*, pro *Thymber*.

Virgilius, Nam tibi *Thymbre* caput *Euandrius* abstulit ensis. *Æn.* 10.

Nisi quis putet nominandi casu tū *Thymber*, tum *Thymbrus* dici, vt *Euander*, & *Euandrus*.

APPENDIX.

Synalæphe, Episyndalæphe, Diæresis, Ecclipsis, Systole, Diastole sunt etiam Metaplasmis species, de quibus supra egimus.

DE PROSODIA.

Græci *προσῳδία*, Latini accentus, tenores, & interdum tonos vocant.

Accentus rector est, ac moderator pronuntiationis: eo enim vel attollitur, vel deijcitur vox, vel partim attollitur, partim deijcitur. Vnde ipsum non immeritò quidam vocis animam appellârunt.

ACCENTVS TRES.

Tres sunt tenores, Acutus, Grauis, Circumflexus. Acuto attollitur syllaba, graui deprimitur, vt *Pópulus*, antepenultima acuitur, penultima verò & vltima deprimuntur, gradatimque descendunt. Acuti nota è sinistra in dextram obliquè ascendit: Grauis à sum-

GRAMMAT. INSTIT.

à summo in dextram obliquè descendit. Ac-
centu Circumflexo partim attollitur, partim
deijcitur syllaba, vt *Românus*: eius nota ex acu-
to, & graui cõstat: sonus hodie incertus est: si-
quidem Latine lingue hospites, veterisq; pro-
nunciationis ignari eodem penitus sono tum
acutas, tum flexas voces efferimus.

Acutus in penultima, vel antepenultima
locum habet: Circumflexus in penultima tan-
tùm: Grauis vbi vterq; abest.

PRAECEPTVM I.

Lib. I. c. 5.
& 12. c. 10.

NVllius verbi Latini vltima syllaba, au-
tore Quintiliano, aut acuitur, aut circũ-
flectitur. Quare *Palam*, *una*, *alias*, & cætera id
genus aduerbia, prima acuta sunt pronunti-
anda. Nec te moueat quòd vltimæ à typogra-
phis graui accentu notentur, id enim tantùm
fit, vt aduerbia esse intelligas.

PRAECEPTVM II.

Dictio vnus syllabæ natura breuis, aut
positione solùm longa acuitur, vt *at*, *ast*,
fax, *dux*.

PRAECEPTVM III.

Dictio monosyllaba natura lōga, aut po-
sitione simul & natura, flectitur, vt *Mōs*,
rōs, *lūx*.

PRAECEPTVM IV.

In dissyllabis prior natura longa, aut posi-
tione simul & natura flectitur, dummodo
poste-

LIBER III

posterior sit brevis, vt *Cacus, audit, aestus, mæstus, mætris, frâtris*. Alioquin acuitur, vt *Aestas, arma, furor*.

PRÆCEPTVM V.

IN polysyllabis semper obseruanda est penultima, quæ flectitur si longa fuerit natura, aut natura simul & positione, dummodo vltima sit brevis, vt *Amicus, affligit, arâtrum, palastra, anapestus*. Alioquin acuitur, vt *Românos, victôres, Marcéllus*.

PRÆCEPTVM VI.

IN polysyllabis semper acuitur antepenultima, si penultima sit brevis, vt *Dôminus, Areópagus*.

DE PRÆPOSITIONVM TONO.

PRæpositiones suis casibus præpositæ vno, eodemq; tenore simul cum ipsis efferuntur, ac si vnâ tantùm esset vox, vt *Pèr forum, àb eo, àd Deum, præter môrem, còtra fædus*. Vides vt præpositiones graui tono pronuncientur? Quint. lib. 1. c. 5.

DE GRÆCIS

VERBIS.

Verba planè Græca Græco accentu pronunciantur, vt: *παραλιπομένων Paralipoménon*, penultima, acuta *λιθόστρωτος Lithóstrotos*, acuta antepenultima *Κύριε Kyrie* eadem acuta, *ἐλεῖν Eleison* verbum est quatuor syllabarum, cuius non vltima, sed antepenultima acuitur.

F

AP

GRAMMAT. INSTIT.

APPENDIX.

IN Græca lectione si duæ vocales concurrunt, ne in carmine quidem eliditur prior, nisi in ipsis libris antè extrita per apostrophò fuerit. Quare cùm Κέρτελέηον septè syllabis constet, totidemq; vocalibus saluis & integris scribatur, nullà prorsus est omittenda.

DE HEBRÆIS VOCIBVS.

QUÆ Hebræa omnino sunt, neq; Latinitate donata, Hebræo tono pronuntiantur, vt *Amén, Cherubim, Seraphim*, quæ acuta extrema, vt pleraq; alia efferuntur.

EXCEPTIO.

ABei, Cain, Lamech, Noe, Abigail, Baal, Edé, Ephratha, Ephraim, gomor, Isbofeth, phase, Siboleth, & quæ in Ezer, sedec, meiec, ai exeunt, vt *Eliezer, Melchisedec, Abimelec, Sarai, Sinai, Abisai* penultima acuta pronuntiantur. Alia præterea sunt huius classis, quæ consultò prætermitto.

APPENDIX.

QUAE à Græcis & Hebræis ad Latinos defecerunt, Latinorum norma metienda sunt, vt *Idolum* media flexa, cùm à Græcis ἰδωλον *idolon* antepenultima acuta pronuntietur. Sara à Latinis priore acuta effertur, quia declinatur, vt *Musa*, cum ab Hebræis Sara posterior acuatur: Sed hæc hæc

hactenus.

HAEC

LIBER III.

HAEC AD GENERA CARMINUM referenda.

NOtandum primo. Illum versum dici Acatalecticum, cui in perfectione pedum nihil deest; Catalecticum cui vna syllaba deest; Hypercatalecticum cui superest syllaba vna aut duæ, vltra integros pedes.

Animaduertendum præterea: Monocolon dici carmen quod vno tantum genere carminum, Dicolon quod duobus, Tricolon quod tribus distinctis generibus constat.

Obseruandum est 3. Monostrophon dici, quando non fit reditus ad aliud alijs generis carmen: Distrophon, quando post secundum versum fit regressus ad primum: Tetra-strophon, quando post quartum, reditur ad primum.

Alcaicum, quod nos Horatianum dicimus, Tricolon est tetra-strophon, primus & secundus versus Acatalecticus quatuor pedibus constat, & vna syllaba. Primo loco Iambus cum spondeo commiscetur. Secundo loco tantum Iambus. Tertio syllaba pentemimerica longa (quam semel in duas breues mutauit Horatius) tertio Dactylum tantum. Quarto Dactylum recipit & creticum. Tertius versus est Hypercatalecticus. Primo loco spondeum recipit aut Iambum: Secundo Iambum solum. Tertio Spondeum aut Iambum, quarto Iambum tantum; quinto syllabam indifferentem. Quartus

GRAMMAT. INSTIT.

tus versus Tetrameter Acatalecticus, primo
& secundo loco Dactylum; tertio & quarto
duos trocheos admittit ut hinc patet.

Horat. Vides ut alta stet niue candidum

Seracte, nec iam sustineant onus

Siluae laborantes, gelug,

Flumina constiterint acuto.

Anacreonticum Trimeterum Hypercata-
lecticum primo loco recipit spondeum, iam-
bum anapestum. Secundo Iambum, rarissime
anapestum. Tertio Iambum frequentissime,
raro admodum spondeum, quarto loco syl-
laba ut ex his liquet.

Seneca in
Medea.

Quonam cruenta Moenas

Præcepit amore sauo

Rapitur, quod impotenti,

Facinus patrat furore?

Sotadicum carmen à Sotade auctore nun-
cupatum, nō antistrophum tetrametrum est
Acatalecticum Monocolon. Primo & secun-
do loco admittit Ionicum à Maiore, tertio
creti-

LIBER III.

creticum, quarto Amphibrachyn seu Bacchium.

*Mart. Has cum gemina compede dedicat catenas,
Saturne tibi Zoilus anutos priores.*

Trochaicum acatalecticum Dicolon primo versu admittit quatuor pedes Trocheum & Spondeum; Trocheum quidem omnibus, Spondeum paribus tantum: Secundo versu, primo loco Trocheum, secundo Trocheum vel Spondeum, tertio Dactylum, vt patet ex tabella.

Inuocavi conditores

Voce lamentabili.

Nocte palmas alleuavi,

Aestuante pectore.

Crucius
Psal. 77.

Alij hæc duo coniungunt & faciunt ex ijs septenarium hypermetrum hoc modo.

*Nil suis bonus negavit Christus vnquam testibus,
Testibus quos nec catena, nec mors ipsa terruit.*

Prudent.

Aristophanium Dicolon. Primus versus bimeter, primo loco constat Choriambo, secundo Amphibrachy vel Bacchio: Secundus est Tetramer, primo loco admittit Epitritum

F 3 secun-

GRAMMAT. INSTIT.

secundum; secundo & tertio choriambum,
quarto, Amphibrachyn vel Bacchium.

*Horat. Lydia dic per omnes
Te Deos oro Sibarim cur properes amando.*

Peroidicum trimetrum acatalecticum monocolon primo loco recipit choręum, secundo & tertio Dactylum. Hoc alij Glyconicum appellant.

Catull.

*Collis o Heliconij.
Cultor, Vrania genus.*

Alcaicum choriambicum pentametrum, monocolon primo loco recipit Spondeum tantum, secundo & tertio, & quarto solos Choriambos, quinto Pyrrhychium vel Iambum.

Horat.

*Tunc quaesieris (scire nefas) quem mihi, quem tibi,
Finem Dij dederint Leucothoë, nec Babylonios.*

Archilochium, dicolon, distrophon, catalecticum; Primus versus, primo, secundo, & tertio, loco recipit Trocheum, quarto syllabam: secundus constat quinque iambis, admissio etiam in imparibus locis spondeo praeterquam quinto, sexto loco est syllaba.

*Horat. Non ebur neq; aurcum,
Mea renidet in domo lacunar.*

Aliud

LIBER III.

Aliud idem archilochium quod post quatuor priores pedes Hexametri Epici carminis subnectit tres Choræos, & Iambicum hoc quinarium.

Horat. Soluiter acris hiems grata vice veris & Favoni.

Trahuntque siccas machine carinas.

Tertium archilochicum Hexametro subiungitur, quod constat dimetro iambico & duobus Dactylis & Syllaba hoc modo.

Horat. Tu vina Torquato moue consule pressa meo.

Pherecraticum trimetrum primo loco constat spondeo, vel Iambo, vel anapæsto, secundo Dactylo, tertio Spondeo quidam faciunt dimetrum vt collocant primo loco Antipastum vel Epitritum quartum Bacchium vel amphibrachyn, vel Pæonem tertium secundo loco.

Vel hoc modo metiendo.

Horat. Nigris equora ventis

Sperat nescius aura.

Galliiambicum mixtum, à Gallis Cybeles sacer-


GRAMMAT. INSTIT.

sacerdotibus & pede Iambo appellatum Hexametrum acatalecticū, Monocolon: prima sede recipit anapæstū, vel Spondeū, vel Trochæum, Secūda Iambum, vel anapæstum, vel Trochæum, vel Tribrachym Dactylum vel Spōdeum, Tertia eosdē, Quarta & quinta Dactylus, qui in quarta sede in aliquem superiorum pedum mutatur, in quinta manet immutabilis, sexta anapæstum.

*Catull. Super alta vectas acijs celeritate maria
Phrygium nemus citato cupide pede tetigit.*

Alij intricant, & mire hos pedes confundunt, alioq; modo versus hos metiuntur,

F I N I S.



AB
338
(2)



Inches

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

8

Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

EMMANVELIS
 ALVARI,
 SOCIETATE
 SV, DE GRAMMATICA
 Institutione

LIBER TERTIVS,
 siue,

De syllabarum dimensione.
Scholijs auctoris prætermisiss.



ONASTERII VVESTPHALIAE
 Typis Lamberti Rassfeldij.
 ANNO M. DC. XII.

to 2